
EPIT M
PHILOS
BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1045

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1045

1912.2.4.

Ex Collegio Laudunensi

Epitome Philosophiæ.



M.22.M

M.S.S.III 17

De Philosophia in communi

Philosophia amor est siue Studium Sapientiæ, et Phūs idem quod Sapientiæ amator.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Philosophia definitur humanarum diuinarumq; rerum scientia. Dicitur scientia veritatis aut cognitio rerum vt sunt. Ab aliis dicitur scientia rerum omnium quæ lumine naturali cognosci possunt.

Dicitur phīa esse meditatio mortis.

Philosophiæ origo et mater fuit admiratio.

Finis phīæ est humani intellectus perfectio

Phīa duplex est Theoretica et practica.

Theoretica soli rerum considerationi incumbit

Practica vero est quæ in sola nudaq; cognitione non sistit.

Philosophia Theoretica triplex est, physica, metaphysica, et mathematica.

Mathematica est scientia quantitatem considerans. quantitas vero duplex est continua vt magnitudo, discreta vt numerus. vnde mathematica generatim duplex est. Arithmetica quæ numerum considerat. Geometria altera quæ magnitudines et figuras spectat.

Metaphysica res a materia et sensibus abstractas contemplatur.

Phia practica Ethicam, logicam, item artes sub se comprehendit. Ethica triplex est monastica quæ vnius hominis in solitudine degentis mores instruit. Oeconomica quæ hominis in familia degentis actiones dirigit. Politica quæ hominis in ciuitate viuentis vitam gubernat.

Jurisprudentia [redacted] est iusti et iniusti scientia ad hominum gubernationem instituta vt suum cuique ius reddatur.

Ars est recta mentis dispositio siue habilitas ad aliquid vera cum ratione

efficiendum. Ars duplex est sermocinalis
vna, realis altera. quæ artes ad animi-
cultum pertinent liberales vocantur. Quæ
vero in opere mercenario versantur, illiberales
et mechanicæ artes dicuntur. liberales septem
a multis recensentur, Grammatica, Rhetorica,
Dialectica, Arithmetica, musica, Geometria,
astronomia. Illiberales etiam septem
recensentur, Agricultura, venatoria, militaris
fabrilis, chirurgica, textoria; nautica.

Phorum duæ præcipuæ fuerunt sectæ
nondogmaticorum, et dogmaticorum.
Nondogmatici fuerunt academici novi Socrates ipse
item secta Pyrrhonis et Arcesilai.
Dogmatici fuerunt secta Pythagoreorum, Epicureorum,
Platonicorum, Academicorum, Cynicorum
Peripateticorum.

De Logica in universum.

Logica ratiocinationem non autem
orationem considerat.

Disserere est ex ignoto in ignoti notitiam deuenire.

Modj disserendj sunt definitio, diuisio, et Argumentatio.

Logica a quibusdam dicitur, habitus instrumentarius inseruiens dirigendis operationibus intellectus.

Ab aliis, disciplina tradens modum recte definiendi, diuidendi, et argumentandj.

Ab aliis, organum tradens regulas et precepta quibus verum à falso secernatur,

Logica 1.° diuiditur in naturalem et artificiosam.

Logica Artificiosa diuiditur in docentem et vtentem.

Triplex est mentis operão. Prima quæ est nudus rei intuitus sine affirmatione aut negatione. 2.ª cum aliquid asseueratur ei conuenire, aut non conuenire. 3.ª cum ex vno iudicio infero aliud.

De prædicalibus.

Indiuiduum est vel vagum et ꝓprie vocatur particulare, vel signatum quod proprie vocatur singulare.

Ꝉ quod prædicatur de pluribus vel ꝑdicatur in quid, vel in quale, idest vel per illud respdetr ad quæstionem factam quid sit, vel quale sit.

Qualitatis interrogão non nisi post interrogationem factam per quid, fieri solet.

Prædicari reciprocè est terminos propositionis de se mutuo enunciarj.

De Genere

Genus definitur quod prædicatur de pluribus specie differentibus specie, in quid.

Genus vel est gñralissimum et supremum quod est genus et non est species. Vel subalternum quod est genus ac species

genus quidem respectu specierum inferiorum, species autem generis superioris.

Differt aliquid ab alio vel specie vel solo numero. Specie, quando differt nãa et entia. Numero solo, quando eadem est vtriusq; natura, differunt autem accidentium collectione.

De Specie.

Species est ꝑdicabile quod generi subiicitur, et de quo genus ꝑdicatur in quid.

Duplex est species vna subalterna et intermedia, qua partim genus, partim est species.

Altera specialissima et infima, qua ita species est vt nunquam sit genus. Definitur species infima qua de multis numero diffribus ꝑdicatur in quid.

Individuum tripliciter potest describi primo per ꝑdicationem, et sic dicitur individuum quod de vno solo potest

ꝑdicari . 2° per subtionem, et sic dicitur id quod speciei immediate subiicitur; 3° per ordinem ad varia accidentia, sic individuum dicitur, id quod talem accidentium collectionem habet, qualem non est reperire in alio .

De differentia

Differentia est id quo res una differt ab alia . Altera est accidentalis, quæ non facit aliud sed alteratum, quæq; vel sumitur ab aliquo accidente separabili vel ab inseparabili.

Alia est differentia essentialis et specifica, quæ facit aliud et essentialiter differens, et dicitur id quo res essentialiter inter se differunt . Aliter definitur id quod prædicatur de multis in quale quid, seu in quale essentiale . hæc diffia vocatur tum divisiua, tum constitutiua

diuisiua quidem respectu generis, —
constitutiua autem respectu speciej.

De Proprio.

Proprium quatuor modis sumitur. 1° enim modo illud dicitur proprium quod soli speciej conuenit, non omnj. 2° modo quod conuenit quidem omnj, sed non solj, vt esse bipedem sublato casu. 3°. quod omnj et solj sed non semper conuenit. 4° modo quod conuenit omnj, solj et semper. tale proprium potest definirj, quod de specie prædicatur in quale, sed nrium, et reciprocum.

Reciprocj et conuertibiles terminj — ꝓdicantur de se inuicem.

De Accidente

Accidens potest definirj quod — ꝓdicatur de pluribus contingenter et non reciproce.

A Porphyrio definitur quod potest adesse, et abesse sine subiecti interitu.

Accidens conuenit superiori per idui-
dua. Alia vero predicabilia conueniunt
indiuiduis per superiora.

De Terminis

Terminus seu vox diuiditur in Aquiuocam, vniuocam, et analogam.

Aquiuoca sunt quorum nomen est com-
mune, rão vero per nomen sgfcata —
panitus diuersa. Vniuoca quorum
nomen est commune, et rão nominj —
accommodata penitus eadem. Analoga
quorum nomen est commune et rão
nominj accommodata partim eadem
partim diuersa.

2° Absolutus terminus rem significat per se, et solitarie sumptam. Connotatiuus connexam cum altera, aut saltem consignando alteram.

10

3° terminus abstractus est qui indicat formam tantum, concretus significat rem formam habentem subiectum quod formam habet.

4° quidam terminorum per se significant et perfectam generant in mente auditoris notionem et sunt Categoremata; quidam consignificant, et imperfectum generant conceptum, ut sunt Syncategoremata.

5° Terminus primæ intentionis est qui significat rem secundum suum esse reale.

Terminus secundæ intentionis est qui significat rem secundum id quod accipit ab intellectu.

6° Terminus categoricus est qui in una dumtaxat categoria sedem habet. Transcendens verò per omnes vagatur categorias.

De Numero Categoriarum.

Categoria est distributio summi vnius generis eo vsq; continuata per genera et

species donec ad individua deveniatur.

Aristoteli sunt decem summa genera

1 um substantia vt Corpus.
2 um quantitas vt linea.
3 um qualitas vt calor.
4 um relatio vt similitudo
5 um actio vt calefactio.
6 um passio vt calefieri.
7 um vbj vt esse Romæ.
8 um quando vt pridie.
9 um situm esse vt sedere.
10 um habere aut habitum ée vt loricatum.

Quidquid affirmatur de superiori potest affirmari de inferiori.

Quod negatur generatim de superiori, negatur et de Inferiori.

In caput de Substantia.

Substantia est quod aliis substat.
Substantia est ens quod substat aliis, et maxime accidentibus, et est ens per se cohærens, et subsistens.

Substantia duplex est prima et secunda
secunda substantia sunt genera. et species
substantiæ. 1ª substantia sunt individua
substantiæ.

Sex recensentur proprietates substantiæ.
1ª est non esse in subto nimirum inhæsionis,
conuenit omni substanciæ categoricæ sed
non soli.
2ª est vniuocè prædicari, conuenit tantum
2dæ substiæ.
3ª significare hoc aliquid soli primæ
substantiæ conuenit, non 2ª.
4ª non habere. propriè, et perse
contrarium. Conuenit ~~etiam~~ etiam
quantitati.
5ª est non suscipere. magis et minus.
etiam conuenit quantitati.
6ª est cum vna et eadem numero sit.
esse susceptiuam contrariorum.

In Capit de quanto. 6

Sic adumbratur. Quantum est id quod
Natura-quanti, per proprias partes mensu-
ratur.

Alij describunt quantum per esse diuisibile
in partes eiusdem rãonis, vel per habere
partes extra partes, vel per [redacted] esse occu-
patiuum loci.

Prima diuisio quanti.

Quantum aliud discretum, aliud
continuum, discretum est cuius partes
in communi termino non copulantur.
Quantum continuum est cuius partes
in communi termino copulantur.
Linea est longitudo sine latitudine.
Superficies est longitudo cum latitudine
sine profunditate.
Corpus est longitudo, latitudo, et profunditas.
Locus autem est aequalis locato, definitur locus
superficies corporis ambientis immobilis prima.
Tempus est mensura, aut duratio motus.

Species quanti discreti sunt, numerus et oratio.

Secunda quanti diuisio

Quantum aliud successiuum, aliud ꝑmanes, successiuum est cuius partes non sunt simul, permanens autem cuius partes coexistunt simul.

Tertia Quanti diuisio.

Quantum aliud habet partes habentes positionem. aliud non habet partium positionem. ha tres conditiones requiruntur ad habendam partium positionem, — prima, est vt partes omnes in communi termino copulentur. Secunda vt partes sint sita alicubi. Tertia vt omnes — partes permaneant, ac simul sint. Corpus communiter sumitur duobus modis; aliud enim est species quantitatis, aliud est species substantiæ.

Proprietates quanti.

Prima quantitatis proprietas est non habere contrarium. Comienit etiam substantia.

Secunda proprietas quanti est non suscipere magis et minus. Tertia est, dici aquale vel inaquale soli quanto competit.

De relatis

In relatis quatuor sunt observanda. 1° Relatum seu subiectum. 2° correlatum seu terminus. 3° fundamentum propter quod comparatur. 4° relatio seu habitudo subi ad terminum. Definitur relatio id quo res dicitur esse alterius tanquam terminj, vel cuius totum esse est ad aliud. accidens est alterius tanquam subij. Relão autem non modo est subij sui, verum etiam et terminj.

Proprietates relationis sunt. 1° Relata sunt simul natura, et posita ponunt, ablata se auferunt.
2° Relata sese mutuo explicant et definiunt.
3° Relata si bene observentur, reciprocantur, et retrò vicissim commeant.

In capit de Quali

Qualitas est, secundum quam quales esse quidam dicuntur. Alij adumbrant quale per hoc quod sit accidens sequens formam sicut quantitas sequitur materiam. Alij eam describunt per id quod sit accidens proximè determinans subtum ad agendum, vel patiendum, qd illi proprium et peculiare est.

Qualitatis quatuor sunt species subalterna. scilicet dispositio et habitus, naturalis potentia et impotentia, passio, et passibilis qualitas, figura, et circa vnum quodq; consistens forma.

Dispositio et habitus est qualitas non necessario inexistens (quæ appellatur dispositio, si leuiter sit impressa vocatur habitus si firmiter inhæreat) assuetudine parta, quæ facere videtur non vt agamus, sed vt facilius melius vel deterius agamus,

Naturalis pōa, et impōa, est vis ānā insita agendi et patiendi simpliciter non vero tantum facilius, si firma sit dicitur pōa, si infirma dicitur impōa.

Patibilis qualitas et passio dicuntur qualitates, quæ sensu exteriore deprehenduntur; dicuntur autem patibiles qualitates si durabiliores, passiones tantum si minus sint durabiliores.

Figura, et circa vnumquodqs consistens forma, est terminātio, vel configuratio quanti. in rebus inanimatis, Vocatur figura; forma verò vocatur in rebus animatis.

Proprietates quantitatis sunt 1a habere contrarium, non competit omni qualitati 2a est suscipere magis et minus, non competit omni qualitati.

3a est vt secundum eam res dicantur similes vel dissimiles, res per conentiam in substia vocantur eædem.

De reliquis sex praedicamentis.

Actio describitur à pho actus, seu perfectio agentis, vt agens est. Passio actus patientis vt patiens est.

Vbi significat propriè juxtàm alicuius corporis ad locum.

Quando sgfcat commensurationem rei ad tempus.

Philosophi docent rem posse esse in loco vel circumscriptivè. quando scilicet tota res respondet toti loco, et singulæ ipsius partes respondent etiam singulis partibus loci. Definitivè verò sunt, quando totæ sunt in toto loco, et totæ in singulis partibus loci determinati.

Situs est dispositio, et ordinâo partium in loco.

Duplex dicitur, naturalis vnus quem natura rebus prascripsit, alter arbitrarius.

Habere significat circumpositionem et adiacentiam vnius rej ad aliam. 9

De Postpraedicamentis

Res quæ ponuntur in categoriis, aliæ dicuntur disparatæ, aliæ oppositæ. Oppositæ sunt quæ aliquo modo pugnant ad inuicem. Oppositæ sunt quadruplicis generis, — Relatiua, priuatiua, contraria et — contradicentia. Relatiua sunt quæ id quod sunt aliorum esse dicuntur, — Contraria sunt quæ sub eodem genere — maxime distant, et ab eodem subiecto sese vicissim expellunt. Priuantia sunt quorum vnum est habitus seu perfectio, et forma realis, aliud vero priuatio, priuatio autem est absentia formæ quæ adesse potest, aut — debet in subiecto. Contradicentia sunt quorum vnum affirmat, alterum negat. Duo sunt genera priuationum, quædam priuant solum actu, aliæ vna cum actu facultatem eximunt. in priuationibus

qua non modo actum auferunt, sed etiam facultatem ipsam. in his ~~[illegible]~~ verum est a priuatione ad habitum non dari regressum.

Quot modis dicitur prius.

Quatuor modis 1° vt tempore. 2° vt dignitate. 3° ordine, seu loco. 4° naturâ. 1° in quibus non conuertitur existendi consequentia. 2° in quibus conuertitur existendi consequentia, sed alterum est causa alterius.

Posterius tot modis dicitur quot prius.

Quot modis simul dicitur.

Duobus potissimum 1° tempore. 2° natura. 1° quæ conuertuntur secundum existendi consequentiam, sed neutrum est causa alterius. Deinde quæ ex eodem genere prodeuntia e diuerso inuicem diuiduntur.

Sunt sex species motus, aut mutaonis. 10
Dua in substia nimirum generatio quæ
est mutão substiæ de non esse ad ~~esse~~ esse;
et corruptio.
Duæ in quantitate nimirum accretio
quæ est mutão ad quantitatem —
maiorem. et diminutio quæ est mutão
ad quantitatem minorem. una in
qualitate nimirum alteratio, una quod ad vj.

De Interpratatione.

Quatuor spectari possunt circa enun-
ciationem, primo res ipsa quæ cogitatur
2º cogitatio vel notio. 3º voces quibus
exprimuntur notiones 4º descriptio.
Cogitatio igitur et notio mentis est —
imago rei de qua cogitamus.

Quid interpratatio, quid nomen, verbum et oão.

Interpretão est vox articulata humano
arbitrio instituta ad signandum conceptum

rej qua est in animo. Alia est simplex,
alia est complexa.

Nomen est vox ex instituto rem significans
sine consignificatione temporis cuius
partes separatim non significant.

Verbum est vox ex instituto sgfcans
cum consgfcatione temporis, cuius partes
separatim non sgfcant, et est nota
eorum, qua dicuntur.

Ouão est vox ex instituto sgfcans cuius
partes separatim sgfcant. Duplex est
oratio vna perfecta, alia imperfecta.

Quid est enunciatio.

Enunciáo est orao in qua est verum
vel falsum. aliter est oratio affirmatiua,
vel negatiua alicuius de aliquo

Quotuplex sit enunciatio

Ppsionis mria attenditur penes connexionem
pdicati cum subiecto.

Qualitas ppsionis attenditur 1.rio, et praecipue
pones affmaonem, et negaonem, 2.rio
secundum veritatem, et falsitatem.
Quantitas ppsionis attenditur pones
vrlitatem, et parlaritatem.
Propositio ratione mria diuiditur in
ppsionem nriam, contingentem et
impossibilem. ratione qualitatis diuiditur
in affirmatiuam, et negatiuam veram
et falsam, ex parte denig quantitatis in
vrlem, et parlarem indefinitam, et
singularem.
Ppsio nria est in qua predicatum nrio
conuenit subto. Ppsio contingens est in
qua predicatum potest inesse et non inesse
subto. Impossibilis est illa in qua predicatum
nequit conuenire subto.
Enunciationis alia dicitur modalis, in
qua exprimitur modus, quo predicatum

conuenit subto. Alia vero de inesse
inqua modus non exprimitur.
Ppio vera dicitur qua est conformis
obiecto, falsa vero est, qua est difformis
obiecto.
Termini faciunt propositionē vrlem sunt
ois et nullus, parlarem vero faciut, aliqus
et aliquis non.
Ppsionem illa vrlis dicitur cuius subto
communi pponitur terminus vrlis.
Partis vero est cuius subto communi
pponitur signum parlare.
Singularis ppsio illa dicitur cuius subtum
est vel terminus singularis, vel communis
cum signo demonstrativo.
Enunciatio de secundo adiacente est qua
tantum constat subto, et verbo: de tertio
vero qua constat predicato subiecto
et copula distincta.

Enunciatio conditionalis est ea quæ nihil
ponit in esse sed tantum aliquid enunciat
ex suposione quod aliud sit.
Categorica est ea qua affirmat aut negat.

De Particula non

Particula negativa, non, apposita nomini
facit nomen indefinitum.
In enunciaõne si apponatur subto non facit
negaõnem sed affirmaõnem de subiecto
infinito,
Si vero apponatur verbo fungenti officio
verbi facit negaõnem.
Si denigz apponatur notæ quantitatis facit
negaõnem.

De Oppositione Enunciaonum.

Oppositio est duarum propositionum eodem
subto, et predicato, secundum quantitatem vel
qualitatem vel vtramgz.
Quadruplex est eiusmodi oppositio contradictoria
contraria, subcontraria, et subalterna.

1 constantium repugnantia

Contradictoria oppositio est interpositionis quarum vna est vniuersalis, affirmatiua altera pārlaris negatiua vel contra. Harum regula est vt vna sit semper vera altera falsa.

Oppositio contraria est cum amba ppōnes notata sunt signo vrli earum; vna affirmat altera negat. Reg.la nunquam simul possunt esse vere, possunt vro simul ee falsa.

Oppositio subcontraria est cum ppositio vtrag; est pārlaris altera tamen affirmat, altera negat. Reg.la non possunt simul ee falsa, possunt tn simul ee vra.

Subalterna oppositio est pugna posteris solam quantitatem. Reg. si vrlis et vna pārlaris erit vra, si falsa pārlaris falsa quoq; vrlis. aliquando vna est pārlaris falsa vrlis.

De conuersione enunciationes

Conuersio enunciationis est cum seruata veritate enunciationis commutantur extrema. Seruata etiam qualitate.

Triplex conuersionis genus communiter

tradj, solet. primum dicitur conuersio simpliciter, seu in terminis, et est cum subiectum fit predicatum et contra, seruata veritate, et quantitate ppsionis.

2um genus appellatur conuersio per accidens seu ex parte cum commutatis terminis non seruatur eadem quantitas sed ex vtrj fit particularis.

3um genus dicitur per contrapositionem fitq3 cum seruata quantitate, et veritate propositionis terminj finiti fiunt infinitj.

Fecj simpliciter conuertitur Eua per accj asto per contra, sic fit conuersio tota.

Alserita, negat e, sed vrliter ambe

Asserit i, negat o, sed parliter ambo.

De Aquipollentia Enunciaonis.

Est autem aquipollentia duarum oppositarum ppsionum per additionem aut detractionem particule negatiue vis eadem.

Dra contradic, post contra, pra post; subalter.
Sensus est pfigitur negao contradicentibus,
at postponitur subto in contrariis, pfigitur
et postponitur subto in subalternis.

De ppone coniuncta et disiuncta

Quando duo predicata vel plura de eodem
subto separatim praedicantur, ea coniunctim
vt praedicatum vnum de illo enunciaro.
licet, si alterum de altero praedicatur perse
id est non per aliud. idq; fit duobus
modis.
vel enim alterum est differentialis et
specifica.
Vel alterum non est differtia specifica sed
accidens, aliud autem est perse subtum
illius accidentis.

Non licet autem ex pdicatis disiunctis
inferre coniunctum si alterum insit

alteri per accidens id est per aliud non per se ipsum.

Quando e contra plura simul iuncta constituunt predicatum quod de altero aliquo subro enunciatur, ut unum, illa eadem separatim accepta, de eodem enunc.re non licet, si in adiecto insit oppositio, si alterum predicatum de subto predicetur per accidens, id est per alterum cui apponitur et non per se ipsum.

De definitione et diuisione.

Definitio est oratio explicans essentiam et naturam rei.

Triplex est autem definio scilicet essentialis causalis, et accidentalis. Essentialis est in qua exprimitur genus et differentia definiti. Causalis est que datur per causas definiti praesertim extrinsecas. Accidentalis definio est que traditur per proprietates et accidentia

Tres ~~propositiones~~ conditiones debet habere accurata definitio prima est vt dicat latè, aliæ ad definitionem. 2ª est vt detur per genus proximum et immediatam differentiam. 3ª est vt sit clarior definito.

Diuisio est oratio totum in suas partes distribuens. Est multiplex diuisio scilicet generis in species, subiecti in accidentia accidentis in subtã, et accidentium in accidentia.

Diuisionis leges sunt, 1ª vt vnum membrũ non includatur in alio, 2ª vt omnia membra dividentia simul sumpta adæquent diuisũ. 3ª est vt diuisio detur per membra immediata

Quid et quotuplex sit Argumentũ.

Definitur orãõ in qua vnum infertur ex alio. Consequens enim dicitur ea propositio quæ ex antecedente infertur

consequentia vero est ipsa illāo, seu consecutio illius ex antecedente.

Quid sit Syllogismus et quae eius partes

Syllogismus definitur orāo in qua quibusdam positis aliud quid ab iis necessario sequitur eo quod haec sint &.

Duae sunt praecipuae partes Syllogismi mria scilicet, et forma; materia duplex est alia proxima, alia remota proxima sunt duae prima propositiones quibus constat. Remota mria syllogismi sunt tres termini quibus constat scilicet maior terminus qui est praedicatum conclusionis, minor terminus qui est subtum conclusionis et medius terminus qui ponitur in maiori et minori et non sit in conclusione.

Forma Syllogismi est debita dispositio medii cum extremis, secundum pdicāonem, et subtionem et debita ordinātio praemissarum secundum qualitatem et quantitatem ad inferendam conclusionem.

Quæ Principia, et quæ Regulæ gñales Syllogismorum.

Dictum de omni sgfcat. quod quando aliquid vrliter de aliquo toto pdicatur etiam de qualibet eius parte subiecta. quidquid de aliquo inferiori pradicatur id totum dicatur.

Dici de nullo sgfcat. quodquando aliquid negatur vniuersaliter de aliquo toto, negatur etiam de qualibet eius parte subiecta

Regula Syllogismorum.

Prima. omnis Syllogismus constat duabus ppsitionibus quibus conclusio superuenit tanquam forma. 2.a constat omnis Syllogismus tribus terminis.

Duarum præmissarum illa quæ habet medium terminum cum maiore extremo vocatur ppositio maior. Altera quæ habet medium cum minore extremo vocatur minor.

Tertia conditio est vt ex duabus ppsionibus negatiuis nihil possit inferri, similiter neq; ex duabus particularibus.

Quarta est vt si altera præmissarum sit particularis, conclusio etiam particularis esse debeat, si' præmissarum altera sit negatiua, conclusio etiam negatiua sit.

Quinta medium debet in alterutram præmissarum adæquatè distribui seu vniuersaliter sumi.

De figuris et Modis Syllogismorum

Figura Syllogismi est ordo medij cum

cum extremis ad inferendam conclusionem.

Tres sunt figuræ syllogismorum.

Prima figura est in qua medium in maiore propone subiicitur et in minore predicatur.

Secunda figura est in qua medium in vtraq; propositione predicatur.

Tertia figura est in qua medium subiicitur in vtraq; propone.

Subditur in prima, deinde præsidet in 2da, bis præcrit, sed bis subiectum tertia reddet.

Modus est dispositio præmissarum secundum qualitatem et quantitatem idonea ad concludendum.

Omnes modi figurarum sunt nonemdecim

Barbara, celarent, darii, ferio, Baralipton
celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum
casare, camestres festino Baroco Darapti
Felapton, disamis datisi Bocardo Ferison.

De Prima figura

Prima figura habet actu dictum de omni et de nullo. Nam medius terminus est id quod vocatur totum subquo accepta pars est minus extremum id vero quod de toto predicatur vel omni, vel nullo est maius extremum.

Maior in prima figura est libera in qualitate, sed est ligata in quantitate, quia semper est vrtis.

Minor propositio est libera in quantitate sed in qualitate ligata est, quia non potest esse nisi affirmativa.

Ex maiore parvali, vel minore negativa nihil directe concluditur in prima figura.

Conclusio in prima figura est omnifariam libera.

Bar / omne animal est corpus.
ba / omnis homo est animal
ra / E omnis homo est corpus.

Ce / nullum animal est lapis
la / omnis homo est animal
rent / E nullus homo est lapis.

Da / omne animal est corpus
ri / aliquis homo est animal
i / E aliquis homo est corpus.

Fe / nullum animal est lapis
ri / aliquis homo est animal.
o / E aliquis homo non est lapis.

De Secunda figura.

Secunda figura habet medium terminum praedicatum de utroq extremo, ideo non habet dictum de omni et de nullo, sed eget reductione ad primam figuram

Maior propositio in Secunda figura
non potest esse nisi vniuersalis, sed est
libera in qualitate.

Minor est omnifariam libera.

Conclusio non potest esse nisi negatiua
est autem libera in quantitate.

In hac figura ex duabus ppositionibus
affirmatiuis nihil concluditur, neq; ex
maiori particulari.

In his vocibus, Cesare, Camestres &c.
C significat reductionem esse faciendam
ad Barbara &c.

Post vero initium vocis S, significat
ppositionem esse conuertendam simpliciter.
P, esse conuertendam per accidens.

M, significat faciendam esse transpositionem
ppositionum, C, in medio vocis significat
modum esse contumacem.

Reductio duplex est, ostensiua dum modi aliarum figurarum reducuntur ad quatuor directos prima figura, per transpositionem et conuersionem propositionum. Reducere autem ad impossibile. est ex contradictione conclusionis et ex altera praemissarum concludere alteram praemissa concessa contradictoriam

Ces { nulla virtus est fugienda
Ca { omnis temeritas est fugienda
re { & nulla temeritas est virtus

Ca { omnis lex est obseruanda
mes { nulla praua consuetudo est obseruanda
tres { & nulla praua consuetudo est lex.

Fe { nulli prudentes sunt improbi
ri { aliqui docti sunt improbi
o { aliqui docti non sunt prudentes.

Ba { omnis vere diues est contentus sua sorte
ro { aliquis egregie nummatus non est contentus sua sorte
co { & aliquis egregie nummatus non est vere diues.

De Tertia Figura.

Tertia figura habet medium vtrig; extremo subiectum, proinde non habet actu dictum de omni,

Maior in tertia figura est omnino libera, nam potest esse. vtlis et partaris, affirmatiua et negatiua

Minor est libera in quantitate, potest enim esse vtlis et partaris, sed est ligata in — qualitate quia non potest esse nisi affirmatiua.

Conclusio est libera in qualitate, sed in quantitate est ligata ad ignobiliorem partem cum ostendere non possit conclusionem — vniuersalem.

Da rap 4 E. aliquod animal est risibile.
Omnis homo est risibilis
omnis homo est animal

Fe lap ion E aliqua substantia non est lapis
Nullus homo est lapis
omnis homo est substantia

4°

dis aliquis homo est albus
am omnis homo est animal
is & aliquod animal est album

Da omnis pius colit Deum
rik aliquis pius est idiota
i & aliquis idiota colit Deum

re 6q aliquis homo non est albus
cad omnis homo est animal
do & aliquod animal non est album

Fe nemo qui ladere potest est contemnendus
rij aliqui qui ladere possunt sunt fortunæ tenui
on & aliqui qui sunt fortunæ tenuis non sunt contemne

De modis indirectis

Prima figura

Ba omne ~~animal~~ animal est corpus
ra omnis homo est animal
lip & aliquod corpus est homo

ca nullum animal est lapis
lan omnis homo est animal
tes & nullus lapis est homo.

Oso omnis homo est animal
bi aliquod album est homo
ti & aliquod animal est album

fa omnis homo est animal
es nullus lapis est homo
no & aliquod animal non est lapis

fri aliquis homo est animal
es nullus lapis est homo
om & aliquod animal non est lapis.

De Syllogismo hypothetico & expositorio

Syllogismus hypotheticus est cuius virtus et vis illativa pendet ex secunda et coniuncta propositione, et vbi tota conclusio est pars maioris propositionis.

Triplex est, constructiuus, destructiuus, et disiunctiuus.

Constructiuus est qui habet hypothesim construentem. In eo valet a positione antecedentis ad positionem consequentis arguere, sed non e contra.

Destructiuus est qui habet hypothesin destruentem. valet a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, sed non contra.

Disiunctiuus constat ex duobus membris oppositis. In eo bene procedimus a positione vnius ad destructionem alterius.

Syllogismus expositorius est qui constat medio termino singulari: non vero aut vniuersali nec cum multis rebus communicabili.

De Reliquis speciebus Argumentationis

Exemplum est in quo concluditur aliquid

ex vno simili facto vel perpaucis tantum.

Inductio est argumentatio per quam ex enumeratione indiuiduorum et partium colligimus idem predicari de toto, quod de omnibus indiuiduis. Vt autem valeat hec argumentatio recenseri debent omnia indiui= dua, vel saltem comprehendi sub ista particula, et eadem est aliorum ratio, alioquin nihil concludes.

Entymema est velut imperfectus syllogismus in quo vnica tantum propositio continetur et conclusio.

Dylemma quod appellant vulgo bifurcatam argumentationem est gemina interrogatio per quam vel nostra sic arguimus, vel aliena sic euertimus vt in quamcunq; partem interrogationis aduersarius a conuertendo oporteat ipsum irretiri.

Sorytes qua a latinis acerualis argumentatio dicitur est concatenatio et coacerua series

propositionum cum tali ordine vt attributum
prioris fiat subiectum consequentis donec
tandem primum subiectum componatur cum
postremo attributo.
Vt autem legitimè concludat requiritur
vt nulla interseratur propositio falsa vel
dubia, alias nihil conficeretur

In libros Topicorum Posteriorum et Elenchorum

De syllogismo demonstratiuo & Dialectico

Demonstratio proprie est Syllogismus qui
scientiam gignit non opinionem.
Duplex est, una vocatur demonstratio quia,
in qua per effectum causa cognoscitur:
alia vocatur demonstratio propter quid,
vbi probatur effectus per causam.
Syllogismus dialecticus est ratiocinatio
quæ opinionem parit, constatq; ex
probabilibus aut ex his quæ oriantur et
sunt concessa ex probabilibus.

Opinio est a sensus infirmus et debilis cum formidine oppositi.

De Syllmo Sophistico

Fallax Syllogismus est ratiocinatio ex his quæ apparent probabilia, nec sunt tamen aut oratio quæ videtur Syllogismus, et tamen non est Syllogismus.

Captiones oriuntur a verbis seu a dictione et a rebus seu extra dictionem.

A dictione primo oritur fallacia æquivocationis quando propositionum ambiguitas nascitur ex varia significatione et usurpatione eiusdem terminj.

Soluitur ista fallacia distinctione et declaratione terminj ambiguj.

Secundo oritur ex dictione fallacia — amphibologia quæ consistit in structura propositionis quæ sensum multiplicem habet licet nullo ambiguo vocabulo constet.

Soluitur hæc fallacia declaratione multiplicis sensus, quem præ se gerit ppositio secundum quem aut concedenda, aut reprobanda est.

Tertio oritur fallacia compositionis et divisionis quando coniunguntur seiungenda aut — seiunguntur coniungenda quæ aliter dicitur fallacia sensus compositi et divisi.
Soluitur ista fallacia distinguendo vnumquemque sensum propositionis, et concedendo verum repudiando falsum.

Quarto alia est deceptio accentus cum ambiguitas nascitur ex modo scribendi, vel pronunciandi vocem aliquam.

Quinto oritur fallacia à figura dictionis — quando grammatica vocabulorum analogia et similitudo imponit.
Soluitur hæc fallacia negando analogiam et similitudinem vbi nulla est.

Captiones a rebus

Prima est accidentis ab accidente. Oritur fallacia quando quod conuenit per accidens et per aliud, per se conuenire videtur, — quando etiam terminus acceptus vniuersaliter postea non vniuersaliter sumitur.

Soluitur distinguendo quid per se, quid per accidens, quid vniuersaliter, quid non vniuersaliter conueniat.

Secunda fallacia est de ignoratione elenchi seu contradictionis, quando putantur sibi contradicere, qua non contradicunt.

Soluitur distinguendo et ostendendo contradictionem non esse.

Tertia fallacia est a dicto secundum quid ad dictum simpliciter vel contra: quando quod conuenit tantum secundum quid, concluditur tanquam omnino simpliciter et absolute conueniret vel contra.

Soluitur distinguendo quid conuenit simpliciter quid secundum quid.

Quarta fallacia est consequentis qua euenit cum putatur consequens conuertj cum non conuertatur.

Quinta est a postulatione et petitione principii quando confirmatur idem per idem.

Sexta a non causa tanquam a causa cum

falsæ conclusionis assignatur tanquam causa, propositio quæ non est causa, aut quando alicui rei falsa causa assignatur.

Ad illud autem dignoscendum vide utrum eo sublato sit remansura falsitas.

Septima est à multiplici interrogatione cui pro dignitate responderi non potest.

Copulativa propositio si complectitur partem vel unicam, falsam tota potest negari.

Compendii finis.

S.

De Logicæ prolegomenis

De genere logica

an Logica sit scientia

Omnes admittunt habitus in intellectu qui sint qualitates crebra ac frequenti actuum repetitione progenitæ quibus intellectus fiat habilis et expeditus ad quasdam operationes exercendas.

habitus intellectuales quadruplicis sunt generis nimirum virtutes, vitia, facultates, et habitus quidam medij.

Virtutes intellectuales sunt quibus intellectus inclinatur ad eliciendam rectam et perfectam operationem: contra vero illi habitus censentur vitia quibus in pravam operationem prorumpit.

Habitus medii sunt qui inclinant intellectum ad assensus quosdam dubios.

Facultates sunt quibus reddimur apti ad utramq; contradictionis partem.

Virtutes intellectuales sunt, intellectus, sapientia, scientia, prudentia et ars.

Intellectus est habitus principiorum.
Sapientia est cognitio rerum altissimarum per altissimas causas.
Scientia est cognitio conclusionum quæ eliciuntur ex primis principiis.
prudentia est cognitio agibilium.
ars est habitus qui versatur circa effectiones.
Scientia propriè dicta est cognitio certa et evidens rei necessariæ per veram et propriam causam.
Dicendum videtur logicam non esse vere et propriè scientiam.
Probatur scientia versatur tantum circa res necessarias seu quæ a nostro non pendent arbitrio atqui logica non versatur circa res necessarias sed circa contingentes seu quæ possunt a nobis fieri vel non fieri. puta circa definitionem divisionem et argumentationem. Ergo &.
Secundo ille habitus qui versatur circa secundas intentiones velentia rationis aut certe circa res reales prout vestiuntur secundis intentionibus non est scientia. atqui Logica est eiusmodi Ergo &

Exhis duobus fundamentis sententia nostra ruunt
omnia argumenta aduersariorum nam dicimus 25
pesloyicas non cadere sub scientiam nun
defectu realitatis, nun defectu necessitatis.

An Logica sit ars.

Ars definitur ab Aristotele habitus cum
recta ratione effectiuus circa id occupatus
quod aliter se habere potest.
Ars dicitur effectiua quod versetur circa
effectiones, prudentia autem circa actiones.
Verum discrimen effectionis ab actione est quod
effectio non sit sui causa sed propter finem
ulteriorem a se distinctum: actio vero vt operatio
honesta et eligibilis sui causa exerceatur.
aliud discrimen inter actionem et effectionem
est quod principium actionis sit praelectio
ad voluntatem pertinens, principium autem
effectionis sit ars ad intellectum pertinens.
Priùm discrimen desumitur a fine, secundum
verò a Principio.
Dicendum videtur Logicam esse vere et
propriè artem.
Probatur nam Logica est habitus recta cum
ratione effectiuus. Ergo est vere et propriè
ars. Logica enim est instrumentum

Scientiarum: operatio autem instrumenti non est sui gratia sed propter aliud. Ergo operão Logica est effectio.

An Logica sit facultas.

Dicendum videtur Logicam quatenus docet modum argumentandi ex probabilibus esse facultatem.

Probatur facultas est habitus quo de eadem re possumus probare contradictoria; at logica quatenus inclinat ad probabiliter disserendum est eiusmodi. Ergo &.

Dicendum 2°. videtur Logicam prout docet modum construendi syllogismum in tali et tali figura et modo esse facultatem.

Probatur quia per illam partem logicae instruimur figuris syllogismorum quibus contradictoria probare possimus.

Nota autem Logicam secundum illam partem non esse facultatem adaequatè et completè sumptam quia est habitus qui redditanimum potentem probare quodlibet: esse vero —

facultatem in adaequate sumptam qua 26
est habitus quicunq; qui tradit praecepta
quae possunt inservire probationi cuiuslibet
problematis.

Dicendum 3° videtur Logicam prout
docet artem demõstrandi definiendi &
esse propriè facultatem.

Probatur quia per illam partem logicae
iuuamur ad vtramq; contradictionis
partem probandam, puta ad probandum
definitionem aliquam esse bonam et aliam
esse malam.

De Obiecto, fine, et Cudlitatibus Logicae.

Obiectum propriè sumptum, in scientia —
quidem speculatiua est id cuius principia
species et proprietates demonstrantur et —
explicantur: in disciplina vero operatrice —
illud est obiectum in quod inducit —
formam aliquam operabilem.

Obiectum coalescit ex materiali et formali
materiale est illud quod substernitur —

consideration, aut operation, artis vel
scientia: formale vero est ratio sub qua —
materiale substernitur consideration, vel
operation, artis vel scientia.

Nota obiectum materiale posse esse
commune multis disciplinis, formale —
non item, sed omnes scientia distinguntur
penes obiecta formalia.

Obiectum aliud adaequatum seu totale —
extra quod non se extendit scientia
vel ars: aliud partiale, seu inadaequatum
quod est pars obiecti totalis.

prima opinio est, obiectum Logica esse
voces externas: qua sententia ex eo refutatur
quia voces non perse considerantur in logica
sed ratione alterius nimirum ratione conceptuum.

Secunda sententia est obiectum Logica esse
argumentationem vel syllogismum vel —
demonstrationem.

Tertia sententia est obtum Logica esse —
modum docendi seu definitionem divisionem
et argumentationem.

Hæ dicta refutantur sententiæ quia assignant pro obiecto Logicæ non illud in quod Logica introducit suam formam sed illud cuius principia, species et proprietates demonstrantur.

Quarta sententia est obiectum Logicæ esse mentis operationes ut dirigibiles.

Verum contra. nam eodem pacto assignabo pro obiecto cuiuscunq; habitus operationem quam dirigit, ut obiectum medicinæ erit operatio medica ut dirigibilis ad sanitatem.

Quinta opinio et nostra est res omnes quatenus subsunt aut subesse apte sunt secundis intentionibus Logicis esse subiectum Logicæ.

Nota secundas intentiones, alias ad Logicum alias ad Grammaticum pertinere, alias autem ad Rhetorem

Nota differre inter obiectum scientiæ speculativæ et habitus practici quod nimirum

finis scientiæ speculativæ est perfecta subiti cognitio vnde subiectum illius est cuius principia species et proprietates demonstrat. Finis autem disciplinæ practicæ est non scire sed operari; ideo subiectum illius est illud inquod formam introducit.

Dicendum videtur subiectum Logicæ esse res omnes vt substant aut substare apta sunt secundis intentionibus Logicis.

Probatur nam illud est subiectum habitus operativi quod est obiectum operationum quæ diriguntur ab illo habitu, atqui res omnes sunt obiectum operationum quas dirigit Logica: nimirum definitionis, diuisionis & syllogismi &c. Ergo &c.

Deinde illud est obiectum disciplinæ operativæ quod substernitur eius operationi seu in quod formam introducit, atqui res omnes, sunt eiusmodi ergo sunt obiectum Logicæ.

28

Obicies 1°. res omnes sunt obiectum aliarum scientiarum. Ergo non sunt obiectum Logicæ
R. distingo non sunt obtum sfle Logicæ concedo: ℥ sunt obtum mriale nego.
Ob. 2°. res omnes non definiuntur in Logica. Ergo &c. R. inde sequi res omnes ℥ esse obtum Logicæ tanquam scia speculativa.
Ob. 3° Logica non inducit formam aliquam realem in res omnes. Ergo non sunt obtum illius. R. id esse verum in artibus quæ dirigunt operaones transeuntes: illæ enim producunt formas reales: ℥ autem in artibus quæ dirigunt operaones immanentes, qualis est Logica.

Cuisnam sit finis Logicæ

Duplex est finis in scientiis aut artibus. Alter enim est scientiæ vel artis, cuius gratia scia vel ars est instituta: alter vero est finis scientis vel artificis quem sibi pro libito præstituit sciens vel artifex.

D.

ars alia est Princeps qua iubet et Imperat aliis earumq; obsequio vtitur: Alia est ministra qua subest superioris Imperio velqua conficit instrumenta quibus vtitur Superior.

Ars Princeps vnicum finem habet scilicet intrinsecum: ars vero ministra et famula duos habet fines, vnum intrinsecum scilicet opus aut formam operis: alterum extrinsecum qui paratur vsu et adminiculo instrumenti.

Dicendum videtur finem Logica intrinsecum esse definitionem diuisionem et argumentationem et pracipuè demonstrationem.

Probatur finis intrinsecus artis est opus de ea confectum: atqui opera a Logica confecta sunt definitio diuisio & argumentatio Ergo &c.

Dicendum 2° videtur finem extrinsecum Logica esse solam cognitionem verum oium et per cognitionem fugam et elletionem.

Probatur conclusio nam omnia instrumenta Logica perse conducunt tantum ad cognitionem veri acquirendam: ad boni autem electionem et mali fugam tantum peraccidens in quantum deveni potest aliqua vera cognitio ingenerari.

Vtrum Logica sit habitus speculativus aut Practicus

Dicendum videtur Logicam esse simpliciter & absolute practicam non autem speculativam.

Probatur ex obiecto, ex fine, et ex modo procedendi; quia illa est disciplina operativa cuius obtum est quid operabile aut quid susceptivum forme operabilis: atqui obtum Logica est aliquid susceptivum forme nimirum secundarum intentionum. Ergo &c.

Item ex fine, nam illa ars est operativa cuius finis est opus: atqui Logica finis est opus aliquod vt definitio &c. Ergo &c.

Tandem ex modo procedendi, nam Logica

vt omnes habitus operativi, procedit per regulas et præcepta.

De diuisione Logicæ in docentem et vtentem.

Latini communiter censent Logicam docentem & vtentem esse vnum eundemq; habitum qui duplici fungatur munere; et vocetur docens prout tradit præcepta definiendi, diuidendi &c. vocetur vero vtens prout eadem regulas ad vsum et praxim refert

Probant suam sententiam quia intellectus optimè instructus regulis logicæ docentis nullam patiatur difficultatem in vsu præceptorum et si qua sit difficultas illa se tenet ex parte materiæ.

Græci putant Logicam docentem et vtentem esse distinctos habitus, quia volunt Logicam docentem esse eam quæ tradit præcepta: vtentem vero esse eam quæ vtitur præceptis minimum aliarum scientiarum, puta physicam &c.

An logica sit necessaria ad scientias acquirendas.

Duobus modis aliquid potest esse nrium ad finem obtinendum, nimirum simpliciter, puta illud sine quo finis nullatenus obtineri potest. et secundum quid, quod ita est nrium ut sine eo finis quidem haberi possit sed non ita commodè.

Scientia duobus modis acquiri potest scilicet in esse perfecto et totali pro vt complectitur eas demonstrationes quæ solent formari de aliquo obto: vel in esse imperfecto et partiali, quæ continet vnam tantum, aut alteram demonstrationem.

Quando quæritur an logica sit nria ad scientias acquirendas est sermo de logica artificiosa. nam naturalis sine dubio nria est.

Dicendum videtur logicam artificiosam non esse simpliciter et absolute nriam ad

scientias in esse perfecto acquirendas,
quamvis ad earum acquisitionem
facilionem multum conducat.

Probatur 1ª pars. quia notitia tum principiorum
tum conclusionum potest haberi sine
Logica.

Probatur 2ª pars quia illatio et consequentia
in multis non potest dignosci sine Logica.

Quis ordo sit servandus in tractanda philosophia.

Plato volebat mathematicas disciplinas
omnibus scientiis praemitti.

Communis tamen opinio est inciendum
esse a Logica, et physicam tradendam
esse ante metaphysicam, moralis vero
si Socrati credimus adeu perfectionem
metaphisicam postulat.

Scientia speculativa tradenda sunt ordine
compositivo: quando a Principiis procedimus
ad conjositum,

Scientia vero practica ordine resolutivo

addenda sunt cum a fine et top[illegible] ad media.

An detur ens rationis

Ens rationis est illud quod habet tantum esse objective in intellectu.

Aliter definitur ens rationis est non ens conceptum per modum entis.

Dicendum videtur admittendum esse ens rationis ab intellectu formatum.

Patet ex definitione entis rationis.

Ens rationis aliud habet fundamentum in re et dicitur formari ratione ratiocinata: aliud nullum habet fundamentum in re et dicitur formari ratione ratiocinante.

An denominationes extrinseca debeant poni inter entia rationis.

Denominatio intrinseca est quae petitur a forma intrinseca, denominatio vero extrinseca, petitur a forma extrinseca

Dicendum videtur denominationes extrinsecas, vt esse visum & melius et facilius explicari si dicantur esse formaliter entia rationis.

Probatur quia in suo conceptu prater formam extrinsecam includunt aliquam formam in re denominata quæ non potest esse nisi rationis.

A Quo Intellectu formetur ens rationis.

Non formatur ab intellectu diuino quia deus non cognoscit non ens per modum entis.

Non formatur etiam ab intellectu angelico in cognitione rerum naturalium sed forte in cognitione rerum supernaturalium

An detur vniuersale.

Dicendum videtur dari vle quia datur scientia quæ est de vniuersalibus. item datur definitio quæ est rerum

vrlium.

De Vniuersali Realium & nominalium

Dicendum videtur præter voces et conceptus communes dari alias res nimirum naturas vrles.

Prob. vle est quod inest pluribus et predicari potest de pluribus; atqui nec voces nec conceptus sunt eiusmodi. Ergo &.

Quid sit Vniuersale.

Vniuersalis duplex traditur definitio.

Vniuersale est vnum aptum inesse pluribus.

Aliter, vniuersale est vnum aptum de pluribus predicari.

Duo intercueniunt in vniuersali. vnitas scilicet et aptitudo inesse multis, vel predicari de multis.

Vnitas alia formalis quæ est essentialis naturæ et significat ipsam definitionem rationem naturæ: alia vrlis quæ non est essentialis naturæ sed ipsi aduenit per operationem

intellectus

De Vniuersali Platonicorum seu Ideis.

Dicendum videtur admittendas esse esse ideas in mente diuina.

Probatur nam agens per intellectum agit cum idea. Deus autem est agens per intellectum. Ergo &c.

Nota Ideam definiri id ad quod respiciens artifex operatur. Aliter forma quam imitatur effectus ex intentione agentis.

Dicendum 2° videtur naturas ideales iure à Platone admissas esse vt fungentes munere et officio naturae artis.

Probatur primum et quasi praecipuus munus naturae artis est vt sit obtum scientiarum atqui naturae ideales habent omnes conditiones obti scientiarum sunt enim necessariae, sunt aeternae et

sunt immutabiles

Dicendum tertio videtur naturas Ideales in intellectu diuino constitutas esse formaliter vrles in causando et in repraesentando; in essendo vero esse vrles eminenter deomtaxat,

Prima pars patet nam ideæ diuinæ sunt causa vniuersales rerum omnium; itemq; repraesentant res omnes intellectui diuino.

Secunda pars patet quia naturæ ideales continent omnes perfectiones naturæ vniuersalis seclusis imperfectionibus.

An naturæ sint frliter vrles ante operaonem intellectus.

Vniuersale duo complectitur materiale scilicet et formale, materiale vniuersalis sunt ipsæ naturæ in singularibus existentes: formale vero est ipsa vniuersalitas de qua nunc quæritur, an conueniat naturis ante operaonem intellectus necne.

Dicendum videtur naturas à parte rei et ante operam intellectus non esse formaliter vrles.

Probatur 1° natura a parte rei nullam habent vnitatem. Cum sint diuisa per differentias numericas quæ tollunt vnitatem specificam.

Prob. 2° natura a parte rei non habent aptitudinem essendi in multis, cum non habeant indiferentiam, sed sint determinatæ et addictæ multis indiuiduis.

Per quam operaonem fiat vrle.

Dicendum videtur naturam vrlem complevi et perfici per operaonem intellectus comparatiuam. incohari autem operaone abstractiua intellectus.

Probatur, secunda pars conclusionis quia per operaonem abstractiuam remouentur impedimenta vniuersalitatis quæ sunt differentia numericæ.

Secunda pars probatur, vniuersalitas est forma relatiua ad inferiora. igitur non completur nisi per respectum ad inferiora

De numero vrlium 69

Dicendum videtur vrle Platonicum esse vnum dumtaxat nimirum specificum.

Probatur nam natura idealis est tantum natura specifica; quia natura generica cum sit pars speciei non habet propriam ideam.

Dicendum 2° videtur dari quingz vrlia.

Probatur quia quidquid pluribus inest ẽntialiter aut inest vt tota essentia et est species vel vt pars essentiæ quæ contrahitur et est genus, vel vt pars essentiæ quæ contrahit et est differentia; quidquid vero prædicatur accidentaliter vel prædicatur reciprocè et est proprium vel contingenter et est accidens.

De p̃dicabilib.° in parlarj.

De Genere

Genus definitur id cuj subiiciuntur immediatè species, ẽtem definitur id quod prædicatur de multis specie differentibus in quid. Vt aliquid prædicetur in quid tria requiruntur. primum est vt affirmetur in recto casu. Secundum vt pertineat ad vtj essentiam partium vt exprimatur nomine substantiuo

Duplex est prædicatio, directa in qua id quod habet rationem formæ ponitur vt prædicatum; id vero quod habet rationem materiæ ponitur vt subtum: et indirecta quæ contra se habet.

Directa prædicantur de Inferioribus directâ prædicatione.

Concreta vtlia de concretis inferioribus prædicantur.

abstracta vero non prædicantur de abstractis inferioribus.

abstracta non prædicantur de concretis nec concreta de abstractis.

Per definitionem generis definitur natura ipsa prout illi inest intentio generis.

Genus potest conseruari in vnica specie dum modo alia sint possibiles quia genus est id quod potest inesse pluribus speciebus non autem quod actu inest pluribus speciebus.

Si vero plures species non sint possibiles genus non potest conseruari vt genus logicum in vnica specie potest autem esse nihilo-

minus genus metaphysicum.

De Specie.

Species dicitur id quod proxime et immediate subiicitur generi.

Alio modo definitur species id quod praedicatur de multis numero differentibus in quid.

Species inesse speciei constituitur per respectum subiectionis ad superiora: constituitur vero in esse secundi praedicabilis per respectum ad inferiora. Species illa quae tantum haberet vnicum individuum possibile non potest esse nec veddi vrlis. Esset autem species non quidem logica sed metaphysica.

Solae species definiuntur definitione accurata.

Species rerum dicuntur esse instar puncti et numeri.

Species finitae sunt individua vero sunt infinita.

Individuorum multiplicatio instituta est ad speciei conservationem.

De differentia.

Porphyrius assignat tres definitiones differentiæ

1.ª differentia est id quo genus superatur a Specie.

2.ª differentia est id quod prædicatur de multis Specie differentibus in quale quid,

3.ª differentia est id per quod secernuntur ea quæ genere consentiunt.

Si autem definitio Porphyrij conveniat omni differentiæ non tantum genericæ sed etiam specificæ, hoc modo componenda est; differentia est quæ prædicatur de multis specie aut numero differentibus in quale quid.

Differentia habet tria officia, constituere speciem dividere genus, et distinguere ea quæ sub genere continentur.

Proprietates differentiæ sunt duæ, prædicari in quale essentiale, et differentias divisivas esse contrarias.

Differentia superiores prædicari possunt de inferioribus non prædicatione srli, sed Identitatis

De Proprio

Proprium sumitur quatuor modis qui recensiti fuerunt in compendio.

Proprium definitur ab Arte, quod non indicat quid esse rei sed autem inest et conuertim prædicatur.

Proprium habet rationem vniuersalis per respectum ad speciem et non tantum per respectum ad individua, itemq; habet rationem proprii non tantum per respectum ad speciem sed etiam per respectum ad individua.

differt proprium ab accidente quod proprium conuenit immediatè speciei, individuis vero mediante specie. accidens e contra immediate conuenit individuis et mediantibus individuis conuenit speciei;.

Possunt esse vnius speciei plures proprietates dummodo illæ non habeant oppositionem inter se.

De accidente

Accidens definitur id quod potest adesse et abesse sine subtj interitu. Nec refert quod sint quedam accidentia inseparabilia, nam omnia possunt abesse a subto saltem per mentem.

nec dicas proprium etiam posse abesse per mentem: nam non possumus cogitare subtum cum proprietate contraria, quem ad modum possumus cogitare subtum cum accidente contrario.

Videtur etiam quod accidentia privativa ut mors cecitas non possint adesse sine subti interitu. absunt igitur sine interitu subtj non quidem denominationis sed inhesionis.

Accidens definitur id quod potest predicari de multis non essentiale nec reciprocum

De Relatione

Dicendum videtur dari veras et reales relationes in rebus creatis.

Probatur quia relatio non implicat contradictionem Ergo est ens reale. Probatur antecedens quia neque ut est relatio realis, nec quatenus creata.

Secundo probatur datur in divinis reales relationes Ergo etiam in humanis in quibus pater vere et realiter generat filium sicut in divinis pater ut talis generat filium vere et realiter.

Quomodo relatio distinguatur a Rebus absolutis.

Dicendum videtur Relationem categoricam non distingui a parte rei a rebus absolutis in quibus fundatur ut similitudinem albedine et coalledine sed sola ratione dumtaxat

Probatur quia si similitudo esset entitas superaddita duobus albis poset deus annihilare duo alba quæ non essent similia, quod est

absurdum.

Secundo probatur quia non potest explicari a quo producatur illa entitas distincta. Deinq; non sunt multiplicanda entia sine necessitate.

De fundamento Relationum

Plus recensettria genera fundamenti relationis scilicet unitatem et numerum, actionem et passionem, deniq; mensuram et mensurabile, Relationes conuenientiæ et disconuenientiæ fundantur in unitate et numero.

Relationes similitudinis et dissimilitudinis fundantur in qualitate.

Relationes æqualitatis fundantur in quantitate.

Relationes identitatis fundantur in substia

Dicendum videtur vnam relationem posse fundare aliam relationem ratione distinctam.

Probatur quia ibi sunt omnia requisita ad relationem. Sunt enim duo extrema similia et duæ paternitates.

Dicendum videtur Deum habere relationem realem ad creaturam quia vere et realiter est dominus et creator. Deinde admittitur in deo sine vlla imperfectione. Nec enim mutationem nec dependentiam inuehit in Deo cum relatio non sit forma distincta a rebus absolutis.

Vtrum terminus Relationis sit relatiuus.

Dicendum videtur omnem relationem praedicamentalem formaliter terminari ad relatiuum.

Probatur quia relatiua non sunt opposita nisi quatenus relatiua. Ergo sese respiciunt et terminant suos respectus quatenus relatiua. Deinde relatiua sunt simul cognitione et definitione, quod & est & nisi terminus sit Aliquid relatiuum.

An multiplicato termino multiplicetur relatio.

Dicendum videtur in sententia quae docet relationem distingui realiter a fundamento et a rebus absolutis probabilius, et coherentius dici

relãones esse multiplicandas multiplicatis terminis et patrem duos filios respicere per duas paternitates.

Probatur quia illæ relãones realiter distinguuntur cum possit vna earum perire altera remanente. Deinde cum quis denouo denominetur pater debet. inde poni noua forma.

Dicendum videtur relãonem specificari a termino suo formali. Quia relão habet totum suum esse ad terminum. Ergo tale esse ad talem terminum. Relão desumit etiam vnitatem specificam a fundamento.

De Diuisionibus Relãonum

Relatio categorica definitur id cuius totum esse est ad aliud nimirum ad terminum.

Relatio transcendens est differentia entis absoluti quæ concipitur per Relãonem.

Dicendum videtur admittendas esse relaones transcendentales.

Probatur quia differentia verum absolutarum saepe concipiuntur perordinem ad aliud ut differentia creatura perordinem et dependentiam adeo.

Relão transcendens semper aut saepe est essentialis rej absolutæ at vero categorica est extra eius essentiam.

Item relão categorica postulat terminum actu existentem: Transcendens vero non item.

Diuiditur relão in realem et rationis; realis antecedit mentis operam; relão autem rationis exurgit per mentis operationem.

2ª diuisio relãonis est in mutuas et non mutuas mutua sunt illæ quæ habent correlationem realem sibi respondentem; Relaones non mutuæ sunt quæ carent correlãone reali, verum illæ non sunt categoricæ sed transcendentales.

Relão alia secundum esse, quæ primario significat Relãonem, vt pater: alia secundum dici, quæ primario significat aliquid absolutum, et secundario significat relaonem v

vt scientia.

Relaones alia equiparantia quæ habent correlaones eiusdem nominis et rationis — aut simile: alia disquiparantia quæ habent correlaones diuersi nominis et rationis.

De Proprietatibus Relaonum.

Quinque proprietates sunt relaonum — prima est quod habeant contrarium.
2ª quod suscipiant magis et minus quæ duæ proprietates non conueniunt relaonj — nisi ratione sui fundamentj.
3ª est quod sint simul natura.
4ª est quod dicantur ad conuertentiam.
5ª quod qui vnam definite cognoscit — cognoscit et alteram.

Quid sit et quotuplex Signum

Signum vbiter sumptum definitur — id quod potentia cognoscenj aliquid — representat.
Signum aliud naturale quod natura

sua habet & vim significandi aliud: aliud arbitrarium quod significat ex instituto hominum.

Signum aliud formale quod seipso et non per sui cognitionem aliquid representat: aliud instrumentale quod per sui cognitionem aliquid facit innotescere.

Signum aliud practicum quod rem significat et efficit. aliud speculativum quod rem significat dumtaxat.

Signum aliud demonstrativum quod rem praesentem significat aliud rememorativum quod rem praeteritam aliud prognosticum quod rem futuram praenuncciat.

Quale signa sint voces humanae

Dicendum videtur voces significare partim naturaliter partim ex instituto.

Significant enim suum profatorem qualis sit tanus aeger, debentq habere fundamentum

in natura rerum.

Significant autem ex instituto quia voces non sunt eadem apud omnes gentes.

Utrum in prima operatione sit veritas

Dicendum videtur in prima mentis operatione veritatem inesse.

Prob. veritas est conformitas cognitionis cum obto cognito prima autem operatio potest esse conformis suo obto. Ergo.

Dicendum 2.° videtur veritatem reperiri aliter in prima mentis operatione et aliter in secunda.

Patet 1° quia in iudicio potest inesse tum veritas tum falsitas: in simplici apprehensione autem inest sola veritas.

Secundo quia veritas est in iudicio sicut in cognoscente non vero in simplici apprehensione.

Utrum Iudicium sit vna simplex qualitas

Dicendum videtur. quod iudicium seu

secundam mentis operationem esse unam simplicem qualitatem qua intellectus assentitur toti obto enunciabili.

Prob. quia quae sunt dispersa in inferioribus sunt unita in superioribus unde ea per unicam cognitionem ab intellectu cognoscuntur quae ab aliis potentiis per multas cognoscuntur.

Deinde tale est iudicium quale est fle obtum representatum per illud, quod est sola unio et connexio extremorum quae fit per est una connotans praedicatum et subtum

Nota quod intellectus antequam ferat iudicium de aliquo, prius apprahendere ipsos terminos propositionis. deinde componere terminos mendum iudicando de veritate, et tandem formare iudicium quod est in se simplex quamvis plures conceptus praesupponat

Utrum propositum de futuro contingenti una sit determinate vera, altera falsa.

Causa rerum contingentium est efficacitas divinae voluntatis quae voluit ut essent effectus contingentes quibus contingentes causas aptauit, et

qua concurrit cum ipsis seruando earum contingentiam.

Triplex est materia propositionum, necessaria contingens, et impossibilis.

Tempus ppoſiõnum triplex est presens, preteritum, et futurum.

Propositiones preteriti et presentis temporis in quacunq; materia sunt determinate vera aut falsa.

Propositiones de futuro in materia necessaria sunt determinate vera, in mā vero impossibili determinate falsa.

Propositiones de futuro in materia contingenti sunt determinate falsa: particulares autem determinate vera vt aliquis homo cras curret.

Difficultas est tantum vtrum ex duabus propositionibus singularibus de futuro, contingenti ~~in materia necessaria~~ contradicentibus vna sit determinate vera alia determinate falsa.

Dicendum videtur secundum aliis doctrinam neutram ppoſitionum contradicentium esse determinate veram aut falsam.

Probatur ex capite 9 libri de Interpretatione
vbi Arles denegat propositionibus contradicentibus
de futuro contingenti singularibus veritatem
determinatam quam concedit aliis contradictoriis.
Deinde in fine capitis hæc habet ex quibus
minimum contradicentibus necesse est alteram
partem contradictionis esse veram vel falsam
non tamen hoc vel illud sed vtrumuis.
Tertio ex ratione philosophi nam si
propsiones essent determinate veræ non
essent contingenter futura.
Nota illam regulam, necesse est contradictionis alteram
partem esse veram alteram falsam ~~sic~~
esse intelligendam indistincte negs determinate
hanc negs illam sed alteram harum duarum
scilicet hanc siue illam.
Dicendum secundo videtur secluso aut non
admisso decreto prædeterminante, in rei
veritate neutram propositionem contradictionem
esse determinate veram neutram determinate
falsam.
Probatur quia secluso decreto diuino vtrum
harum propositionum est penitus indeterminatum

nam causa sunt indeterminata ad eius productionem: atqui ab obto indeterminato non potest peti veritas determinata. Ergo illa non competit propositionibus de futuro.

Secúdo. comodo propositio de futuro est vera quo obtum est futurum: at contingens non est determinate futurum: nam non habet esse in causis et inclinatis et determinatis ad illud producendum, quod est habere esse determinate futurum. Eandem vi contradictionis non habetur quod vna contradicentium sit determinate vera, sed quod altervtra dumtaxat et indeterminate hac vel illa.

Dicendum videtur admisso decreto vna determinante in Deo quo decernat bona et permittat mala, propositionum de futuro contingenti alteram esse determinate veram alteram determinate falsam.

Probatur quia tunc vi decreti determinati obtum est determinate futurum. Ergo tunc ab obto determinato potuit peti veritas determinata.

Dicendum videtur res contingentes nobis futuras cerni à Deo ut praesentes in sua aeternitate.

Probatur quia res futura contingentes non possunt subesse cognitioni certa quatenus futura quia nego in seipsis cognoscuntur cum nondum sint nego in sua causa in qua non sunt determinate sed contingenter tantum futura: eadem autem ut praesentes possunt subesse certa cognitioni atqui res contingentes nobis futura cognoscuntur a Deo certa cognitione. Ergo ut praesentes suae aeternitati.

Deinde. cognoscuntur à Deo pro ut obversantur eius visioni, atqui obversantur visioni divinae. ut praesentes nam visio est tantum rerum praesentium. Ergo.

Denique probatur res quae sunt in mensura indivisibili simul et indivisibiliter existunt, atqui res omnes temporaneae etiam futurae coexistunt in aeternitate. qua indivisibiliter comprehendit in se omnes durationes

inferiores. Ergo res omnes sunt sibi invicem
praesentes in aeternitate Dei.

Hec quia res futuræ contingentes ut actus
humani futuri sunt Deo praesentes, tollitur
libertas humana quia necessitas illa non
est nisi hypothetica quæ non tollit
libertatem. ut puta ex eo quod videam
petrum currere necesse erat ~~erat~~ currat.
et nihilominus libere currit.

De figura Galeni.

Numerus figurarum oritur ex varia
complicatione medij termini cum duobus
extremis si enim semper prædicatur est
secunda figura, si semper subijcitur
exurgit tertia, si vero subijcitur in
maiori et prædicatur in minori hinc
fit prima figura.

Galenus adjunctis quartam collocationem medij
cum extremis ut scilicet prædicetur in
maiori et subijciatur in minori verbi gratia.

Omnis homo est animal
omne animal est corpus
Ergo aliquod corpus est homo.

Item istud negatiuum.

nullus homo est lapis
omnis lapis est corpus
E. aliquod corpus non est homo

Nota illas solum figuras esse spectandas a Logico quæ procedunt via naturali et concludunt secundum expectationem humanj intellectus quia ars nunquam destruit sed imitatur naturam.

Observa etiam syllogismos tantum esse spectandos qui habent vel saltem qui non destruunt dictum de omnj et de nullo, qua duo dicta destruuntur quando id quod ignobiliorem sedem obtinet in conclusione in præmissis habet nobiliorem sedem.

Nota denique Syllogismum esse spectandum a Logica qui habet conclusionem in qua est prædicas per se seu in qua prædicatum dicit formam vel aliquid vrē, subtum autem dicit materiam vel aliquid inferius

hoc posito.

Dicendum videtur figuram Galeni aut esse indistinctam a prima aut esse inutilem.

Probatur quia est omnino innaturalis cum prorsus everat dictum de omni et de nullo; nam praedicat in conclusione id quod fuit subtum in praemissis et subticit quod fuit judicatum in iisdem.

Deinde conclusio huius figurae est omnino indirecta cum praedicatum sit inferius subto.

Tandem illa figura concludit praeter expectationem humani intellectus, vel si gnoratur directe concludens non erit distincta à prima.

Incogniti evidenter primi intellectus nihil assentiatur conclusioni.

Duplex est necessitas una quoad speciem cum potentia ita determinatur ad actum unius speciei ut non possit exercere actum speciei contrae. alia quoad

exercitium quæ est determinata potentia ad unum actum ita ut non possit abilo cessare.

Dicendum videtur cognitis evidenter præmissis intellectum necessario assentiri conclusioni necessitate specificationis. Probatur quia intellectus non potest dissentire a manifesta veritate sed cognitis evidenter præmissis conclusio apparet manifeste vera. Ergo.

Dicendum videtur. 2° intellectum necessitari quoad exercitium per præmissas ad assensum conclusionis.

Probatur quia cum non sit potentia libera positis omnibus ad assensum requisitis non assentiri non potest, etqui posito assensu præmissarum evidenti, Intellectus habet omnia requisita ad assensum conclusionis. Ergo non potest non assentiri.

An Conclusio sequatur

Deteriorem partem.

Dicendum videtur hanc maximam, quod conclusio sequatur deteriorem partem, habere veritatem in istis conditionibus scilicet affirmatione et negatione veritate et falsitate,

Patet ex inductione omnium syllogismorum omnium figurarum.

Patet etiam ex dicto de omni et de nullo quia duo dicta postulant ut quod vtliber affirmatur vel negatur de medio, affirmetur aut negetur de quocunq; contento sub medio vtliter quidem affirmetur si vtliter contineatur sub medio, particulariter si particulariter contineatur sub medio.

Dicendum secundo videtur in contingentia in euidentia et incertitudine conclusionem sequi deteriorem partem. ✠

Probatur quia cum in conclusione affirmetur connexio predicati et subiecti ex eo quod vtraq; fuerunt connexa in premissis cum medio. Impossibile est vt maior sit illa connexio in conclusione quam fuerit in premissis.

An conclusio sit pars syllogismi

Dicendum videtur conclusionem esse veram et intrinsecam partem syllogismi.

Probatur quia syllogismus definitur oratio

in qua non vero ex qua aliud sequitur,
nimirum conclusio, vt ostendatur conclusionem
esse intrinsecam syllogismo.

Probatur etiam quia syllogismus est argumentatio
omnis autem argumentatio constat ex antecedente
et consequente.

An discursus Deo an angelis conueniat

Dicendum 1° videtur discursum proprie
sumptum non conuenire Deo.

Prob. nam discursus includit compositionem
et multiplicitatem actuum: praeterea
includit dependentiam vnius actus ab alio
(nam conclusio dependet ex antecedentibus) haec
autem in Deo repugnant qui omnino simplex
est et in quo nihil est dependens.

Dicendum 2° videtur discursum proprie
sumptum non conuenire angelis.

Probatur quia discursus est proprius intellectus
imperfecti et qui non potest simul penetrare
principia et conclusiones, atqui intellectus
angelicus est perfectus a primo ortu.

Deinde nullum est aliud discrimen
humani et angelici intellectus nisi quod

humanus intellectus successive fertur in principia et postea in conclusiones, Angelus vero simul feratur in utrumq;.

An discursus conueniat Brutis.

Dicendum videtur brutis nec ratiocinium nec discursum s'llum congruere.

Prob. quia si ratiocinão brutis conueniret quis etiam conueniret liberum arbitrium quod falsum est cum videamus bruta necessitate naturæ operari, non vero electione.

Deinde brutis conueniret libertas et meritum atq; demeritum peccatum, et iustitia virtus et vitium quæ omnia absurda sunt.

Dicendum videtur discursum et ratiocinationem soli homini conuenire probatur quia inde optime declaratur quomodo rationale sit vera et propria hominis differentia si sola homo ratiocinetur

De praecognitionibus et praecognitis

Tria sunt praecognita, scilicet subtum — praedicatum conclusionis et praemissa; duae autem praecognitiones scilicet quid est — et quia est. praenotio quid est alia est quid nominis seu quid vocabulo significetur: alia praenotio quid rei seu quae sit rei — natura; praenotio quia est dividitur in — praenotionem existentiae sive quid res — existat, et in praenotionem veritatis seu quid praemissae sint verae.

Dicendum videtur ante quamcunque conclusionem tria debere esse praecognita scilicet subtum et praedicatum conclusionis et praemissas, non plura, nec pauciora.

Patet quia non potest concludi praedicatum et subtum esse connexa inter se. nisi — cognoscantur praedicatum et subtum: Item praemissae per quas cognoscitur conclio. ~~dicendum~~

Dicendum 2° videtur ante quamcunque — conclusionem habendas esse duas praecognitiones.

nimirum quid nominis prædicati et subti conclusionis et an sint aeræ præmissæ.

Patet quia his habitis potest sufficienter haberi cognitio conclusionis.

Dicendum videtur in demonstrãone propter quid esse præcognoscendum de subto conclusionis quod sit siue quod existat vel actu vel saltem potentia.

Probatur quia si subtum non possit existere non habebit veram essentiam neq; veram proprietatem quæ tamen sola demonstratur in demonstratione propter quid.

Dicendum videtur in demonstrãone a posteriori non esse necessario præcognoscendum de subto quod existat siue actu siue potentia.

Probatur quia hoc ipsum quod subtum existat demonstratur in tali demonstrãone

Ergo non est præcognoscendum in ea

Dicendum videtur non in quacunq; demonstrãone propter quid præcognoscendum esse de subto conclusionis quid sit

Patet quia in aliquibus demonstrationibus effectus demonstratur per causam externam non vero per essentiam subti. Ergo potest haberi talis demonstrão absq; eo quod sciamus de quae sit essentia subti.

Dicendum videtur in demonstrationibus quae concludunt passionem primam de subto proprio necessarium esse prae cognoscere de subto quid sit.

De demostrãone ppter Quid.

Dupliciter definitur talis demonstrão primo a fine et dicitur demonstrão est syllogismus gignens scientiam: 2° per materiam hoc modo demonstrão est syllogismus constans ex veris primis, immediatis, prioribus, notioribus et causis conclõnis.

Idem est propositionem esse primam et esse immediatam quia idem est propositionem non habere priorem et non habere medium quo probetur.

Singula particula huius definitionis probanour hoc pacto

quod demonstrão constet ex veris. Probatur quia demonstrão generat scientiam quæ non est nisi de veris.

Quod constet ex necessariis similiter probatur, quia scientia est tantum de rebus necessariis, o

Quod ex primis et immediatis constet patet quia tunc tantum scimus aliquid quando possumus reducere conclusiones ad prima et immediata principia.

Quod sit ex causis conclusionis, patet quia scientia est cognitio rei per causas.

De Propositionibus necessariis

Necessitas propositionis est prædicati cum subto perpetuus atq; insolubilis nexus — tres gradus necessitatis assignantur; — de omni, per se, et vniuersale.

Primus gradus dicitur de omni nimirum subto, quando subtum vniuersaliter subiicitur prædicato et omni tempore —

Secundus gradus necessitatis est propositionis per se quod fit duobus modis quando nimirum prædicatum est de essentia —

subtj vt omnis homo est ãal : vel quando
subtum est de essentia ꝓdicati vt omnis
homo est visibilis quia subtum ꝓprietatis est
de rius essentia et diffinitione.
Tertius necessitatis gradus dicitur, vrle, scilicet
ꝓdicatum. Sic autem diffinitur vrle est quod
de omnj et perse et quatenus ipsum dicitur
hoc autem fit quando ꝓdicatum non
reperitur extra subtum nec contra.
Propositiones que sunt in ꝓrimo modo dicendi perse
in quibus ꝓdicatum non est vrle, vt ista hõo est ãal
non ingrediuntur perfectissimam demonstraonem
quia ãal esset medium per quod tamen non
poset demonstrarj ꝓpria passio de subto.
Propositio in ꝓrimo modo perse quando habet
ꝓdicatum vrle vt ista homo est raõnalis habet
locum in demonstraone at non aliam quam
in minorj.
Secundus modus perse est semper in conclõne
perfectissime demonstrãonis, in minore vero
aliquando quando scilicet ꝓprietas demonstratur
de subto per aliud accidens ꝓprium

De Propõne mediata & cur prmissa sint notiores conclusione.

Propositio immediata est quæ caret medio per quod probetur vnde non est nota per aliud sed per se.

Propositio per se est ea cuius attributum est de essentia subti: duplex est autem alia naturâ, alia quoad nos quando nobis innotescit quid sit subtum, naturâ autem quando non innotescit nobis.

Prmissas esse notiores conclusione phus probat iso doxiomat propter quod vnumquodq; tale et illud magis tale. vt autem illud axioma veritatem habeat requiruntur hæ conditiones vt forma in qua fit comparao suscipiat magis et minus, vt conueniat vtrig extremo: vt ratio illa conueniat vni dependenter ab alio.

Quot sint Demonstronis Species.

Demonstraonis vna est pncipua species quam supra definiuimus, aliæ autem dicuntur demonstraones per respectum ad illam analogicè.

Dicendum videtur tres esse demonstrationis species, demonstrationem perfectam per causam propriam et proximam, demonstrationem per causam remotam et demonstrationem ab effectu

Patet quia omnis demonstratio vel facit innotescere causam per effectum, vel effectum per causam id est per causam vel proximam vel remotam.

Demonstratio per causam remotam semper construitur negatiua et in secunda figura et in modo, Camestres,

Quadram sit medium,
Potissima demonstrationis

Dicendum videtur accidentia quae habent causam externam et a subo seiunctam non posse demonstrari per definitionem subi.

Patet quia demonstratio traditur per causam propriam, horum autem accidentium causa non est definitis subi. Ergo.

Dicendum secundo videtur accidentia quae fluunt immediate a natura subi per naturam et definitionem subi possunt demonstrari quae vero immediate ab aliis accidentibus

fluunt per illa demonstrari debent.
Patet quia accidentia quæcunq; debent
demonstra per propriam causam.

An detur regressus in demonstratione.

Circulus est cum duæ demonstraones
ita sunt reciprocæ vt vtraq; sit a priori
regressus autem est cum vna est a posteriori
altera a priori.

Dicendum videtur regressum demonstrationi
non esse reiiciendum vt inutilem minimum
vt primo procedamus ad effectu nobis noto
ad causam deinde cognita causa
distinctius per animi meditaonem
regredeiamur ad probandum effectum
per causam.

Cognitio causæ duplex est scilicet confusa
cum cognoscimus causam esse sed non
cognoscimus quid sit, distincta, quando
cognoscimus quid sit: effectus quoque
cognitio duplex est, confusa quando
cognoscimus effectum esse, eius autem causa
non cognoscimus, et distincta cum causa
cognoscimus.

De Scientia

Dicendum videtur dari cognitionem certam et scientificam.

Est contra academicos contra quos pugnat natura qua frustra homini indidisset sciendi desiderium si scientia nullomodo acquiri posset: pugnat etiam experientia qua constat nos multa certo et scientifice cognoscere: pugnat etiam propria sententia, datur enim scientia si certo sciunt ipsi nullam esse scientiam.

Dicendum 2° videtur scientiam in nobis non tantum excitari reminiscentia sed comparari de novo studio et labore.

Est contra Platonem cuius opinio falso nititur fundamento animas fuisse creatas antequam corporibus iungerentur. Deinde falsum est animam ex docta fieri indoctam per consortium corporis, cum nulla forma fiat deterioris conditionis per unionem cum propria potentia.

Nota discrimen esse inter Platonem et Aristotelem de subito scientia in quo vesideat. Plato

enim putat scientiam esse in ratione
pro vt conuertitur ad intellectum in
quo sunt idea et intelligentia, ratio
vero prout conuertitur ad sensum
habet opinionem dumtaxat. Aristo
autem posuit scientiam in intellectu.
nec enim aliam potentiam agnouit
mediam inter intellectum et sensum.

An sit vna tantum scientia rerum omnium

Dicendum videtur non esse vnam
scientiam rerum omnium scibilium sed
multiplicem.

Est contra nonnullos: et probatur eversio
argumentorum aduersariorum. quia si
datur vna tantum scientia quia non
datur nisi vnus intellectus, sequitur quod
non dabitur nisi vnus habitus in
intellectu qui fungatur munere omnium
quod non admittunt aduersarij nam ita
neque ars neque prudentia &c. essent
distincti habitus. Deinde potentia
semper latius se extendit quam habitus
qui ipsam determinat.

An scientia sit vna simplex qualitas.

Dicendum videtur scientiam totalem non esse vnum simplicem habitum sed coalescere ex variis habitibus partialibus.

Probatur quia possum habere habitum quo facile assentiar huic conclusioni physica materia est incorruptibilis, et tamen carere habitu quo assentiar huic, caelum moueter ab intelligentia.

Secundo probatur euertendo aduersariorum argumentum ideo enim dicunt physicam v.g. esse vnum simplicem habitum quia habet vnum specificatiuum nimirum vnum obtum formale: atqui sic argumentam sunt plura specificatiua in vna scientia. Ergo. quod sic probamus quia specificatiuum tum actus tum habitus est ratio mouens ad actum, et in scientiis specificatiuum est ratio mouens ad assensum, atqui in vna scientia sunt plures rationes mouentes ad

assensum. Sunt enim plura media quibus assentimur conclusionibus alicuius scientiæ, quibus quidem mediis movemur ad varios assensus.

habitus scientiæ quamvis sint multi servant tamen unitatem interse. generican: hanc autem sumunt primo ab abstractione a materia: v.g: ~~phisica~~ physica est una scientia quia habet unã abstractionem a materia sinierum à materia singulari: mathematica vero abstrahit à materia sensibili; metaphysica vero quia abstrahit ab omni materia et sensibili et intelligibili.

Secundò habitus physica constituunt unam scientiam quia habent peculiarem evidentiam principiorum ut sint evidentia sensibus; metaphysica vero principia sunt evidentia intellectu tantum: mathematica principia sunt evidentia imaginãone.

Tertio desumunt unitatem varij habitus unius scientia ab obto totali ut physica a corpore naturali et similiter de reliquis.

An habitus scientifici a Speciebus intelligibilibus distinguantur.

Nota species in intellectu alias esse incomplexa quæ repræsentant unam rem seu simplicem terminum; alias complexas quæ repræsentant multas res vt unum iudicium vnam ratiocinationem.

Dicendum videtur habitus scientificos non distingui ab huiusmodi speciebus coordinatis et confirmatis.

Probatur ibi non est necessarius habitus vbi non reperitur indeterminatio nec difficultas ad operandum, sed positis Speciebus intelligibilibus complexis et confirmatis non restat indeterminatio nec difficultas in operando. Ergo superfluus est alius habitus.

De Scientia Subalternante & subalternata.

Scientiam esse subalternatam est contingi sub alia quod ex triplici capite oriri potest, primo ex fine quando nimirum finis vnius scientiæ aut

artis reuocatur ad finem alterius: oritur etiam haec subalternatio ex parte principiorum quando inferior scientia lucem et euidentiam mutuatur ex principiis superioris, ita vt conclusiones superioris scientiae sint principia inferioris: oritur denique subalternatio vnius scientiae respectu alterius cum inferior superioris obtutum contrahit, quae quidem contractio fieri debet non quidem per differentiam essentialem sed per differentiam accidentalem, et quidem ita vt inferior in suis conclusionibus probandis indigeat superioris adiumento

Dicendum videtur scientiam subalternatam non esse vere et proprie scientiam in ea quia careat scientia subalternante saltem in scientiis naturalibus.

Probatur quia scientia subalternata quae desumit sua principia per fidem magistri non habet euidentiam conclusionum quae tamen requiritur ad rationem scientiae quod patet quia principia alicuius scientiae debent esse euidentia lumine

intellectus non vero fide magistri.

Patet etiam conclusio quia nequit certitudo potest competere per conclusionibus huius scientiae cuius principia tenentur sola fide humana quae fallibilis est.

Nota autem Theologiam nostram quamuis sit subalternata Theologiae Dei et beatorum esse nihilominus vere scientiam quia principia sua accipit per fidem divinam quae omnino certa et infallibilis est.

An scientia et opinio possint esse simul

Dicendum videtur scientiam et opinionem de eadem re non posse esse simul in eodem intellectu nec quoad habitum nec quoad actum. Probatur quia si actus opinionis et scientiae essent simul in eodem intellectu respectu eiusdem obti, simul de eodem intellectu affirmarentur contradictoria, quod minime intellectus esset certus de tali re per actum scientiae et non certus per actum opinionis

quæ duo sunt contradictoria.

deinde probatur quia impossibile est aliquem simul iudicare rem aliquam aliter se habere non posse et simul iudicare rem eandem aliter se habere posse, sed per scientiam iudicamus rem aliter se habere non posse, per opinionem vero posse aliter se habere Ergo fieri non potest vt actus scientiæ et opinionis sint simul in eodem intellectu.

Quod vero habitus scientiæ et opinionis non possint esse simul, patet quia actus illi ad quos inclinant sunt incompossibiles et consequenter ipsi habitus sunt ansendi incompossibiles quia habitus illi sunt repugnantes inuicem qui inclinant ad actus pugnantes et incompossibiles.

Laus Deo.

De beatitudine obiectiua.

Beatitudo sumitur duobus modis. 1° pro beatitudine obiectiua quæ est bonum illud quod nos beat: 2° pro beatitudine formali quæ est consecutio et adeptio boni beatificantis qua formaliter constituimur beati.

Bonum diuiditur in increatum et creatum, et creatum versus in bona animæ cuiusmodi sunt scientia et virtus, et bona corporis et sunt sanitas et pulchritudo, et in bona externa vt sunt diuitiæ honor &c.

An sit Beatitudo et finis vltimus.

Finis est id cuius gratia aliquid fit vltimus autem finis est quem propter ipsum et propter quem alia volumus.

Dicendum videtur debere esse finem aliquem vltimum eorum quæ agunt propter finem. Probatur, nam remoto vltimo fine appetitus a nullo moueretur, quia in omnibus quæ perse habent ordinem ad inuicem oportet

quod remoto primo removeantur ea quae sunt ad primum. atqui finis ultimus est primum in intentione. Ergo remoto ultimo fine, removentur cetera.

Bonum est quod omnia appetunt, ex quo sequitur quod bonum sit perfectum quia omnia appetunt perfectionem, et quod sit conveniens quia unumquodq; appetit quod sibi conveniens est.

Dicendum videtur dari aliquod summum bonum propter quod agentia agunt.

Probatur quia finis ultimus est summum bonum, atqui datur ultimus finis. Ergo datur summum bonum; maior patet quia finis in ratione finis est bonum. Ergo ultimum in finibus debet esse summum bonum. Deinde, summum bonum est propter quod cetera desiderantur et ipsum propter se et non propter aliud desideratur, atqui finis ultimus est eiusmodi. Ergo est summum bonum.

Hinc sequitur dari ultimum finem

humana vita. nam si datur vltimus finis in aliis agentibus multo magis in agentibus intellectualibus quibus conuenit agere propter finem.

An Beatitudo consistat in bonis externis.

Quatuor sunt viuendi genera qua adduxerunt homines vt varia sentirent de beatitudine, primum est e quaestuosum genus vita eorum quibus diuitiæ sunt loco felicitatis, secundum est voluptuarium eorum quibus sola voluptas est in pretio, Tertium est politicum eorum quibus affulget honor et gloria quartum denique est philosophicum qui in virtute maximam ponunt partem beatitudinis.

Bona externa diuiduntur in quatuor genera, in diuitias, honores, gloriam, et dignitatem.

Diuitiæ aliæ sunt naturales qua tollunt indigentiam naturalem, aliæ sunt artificiosæ quas propter facilitatem commutationis ars humana adinuenit.

Dicendum videtur in diuitiis non esse summum hominis bonum neq; beatitudinem constituam.

Probatur quia diuitiæ sunt propter hominem
Ergo &c. deinde diuitiæ sunt communes bonis
et malis, summum autem bonum soli modo
bonis debet conuenire, Ergo &c.
Dubium est an diuitiæ sint reponendæ
inter bona quia videntur desse indiferentes
et viro bono bonæ, malo autem malæ.
Peripatetici tamen diuitias retulerunt
inter bona vtilia quia non propter se
sed propter aliud expetuntur.
Honor definitur testimonium excellentiæ
alicuius.
Dicendum videtur in honore non esse
sitam beatitudinem.
Probatur. quia summum bonum non est
propter aliud Deinde summum bonum debet
esse quid constans et quod semel obtentum
amitti non possit, talis autem non est honor
cum sit propter aliud scilicet propter
virtutem alicuius, et semel habitus possit
amitti,
Honor si sumatur pro meritis est in honorato
Si vero sumatur pro signis externis et
quo actione honorandi est in honorante

Gloria, fama, laus aliquo pacto differunt
nam gloria dicitur clara cum laude
notitia; Laus dicitur commendatio
alicuius ore facta: Fama vero est
communis opinio virtutis alicuius.

Dicendum videtur in iis non esse summum
bonum constitutum.

Probatur quia ista sunt propter virtutem
et sunt instabilia quale non est summum
bonum.

Dicendum videtur in dignitate seu
potentia civili non esse summum
hominis bonum.

Probatur quia sic summum bonum ad
paucos pertineret, quia ius et potentia paucos
penes residet.

In quo bono beatitudo Consistat

Bona corporis sunt pulchritudo, sanitas, robur
et voluptas

Dicendum videtur in his beatitudinem non

non esse positam.

Probatur quia. summum bonum hominis est hominis proprium, item summo bono nihil datur prastantius atqui bonis corporis bona animæ prastant, item bona corporis brutis quoq; communia sunt.

Dicendum videtur beatitudinem hominis obiectiuam non esse sitam in bono animæ In anima enim sunt quatuor scilicet substantia eius, potentiæ, habitus et operationes in quorum nullo posita est beatitudo, nam tum substantia animæ tum eius facultates siue potentiæ sunt inditæ a natura quod non dici potest de summo bono: habitus autem et operationes sunt propter aliud et non propter se; habitus enim referuntur et sunt propter actus, actus autem referuntur ad obiecta.

Dicendum videtur beatitudinem obiectiuam seu summum hominis bonum non esse aliquod bonum increatum sed bonum

increatum: nimirum Deum opt. Max.

Probatur quia summum bonum debet explere totaliter appetitum hominis; atqui solum bonum increatum potest satiare hois appetitum, quod patet quia appetitus hominis habet pro obto vniuersale bonum; vnde non potest satiari per bonum particulare, sed per bonum totale, et vere quod contineat in se totam bonitatis rationem quæ non inuenitur nisi in solo Deo.

Secundo probatur. idem est vltimus finis et summum bonum hominis atqui vltimus finis ad quem homo debet referre omnes suas actiones deus est. Ergo Deus est summum hominis bonum.

De beatitudine formali

Beatitudo sumitur duobus modis. 1°. pro statu beati et sic definitur, status omnium bonorum aggregatione perfectus: 2°. sumitur pro eo quod constituit beatum quo ad essentiam et rationem formalem beati.

Dicendum videtur quod nomine

beatitudinis formalis significatur
consecutio seu possessio summi boni
quia idest beatitudo formalis qua
formaliter constituimur beati; at
formaliter constituimur beati consequendo
et possidendo summum bonum. Ergo &c.
Hæc autem consecutio summi boni
consistit in quadam coniunctione
et unione cum summo bono rei
beatificandæ quæ coniunctio sit
sufficiens ad satiendum ipsius
appetitum.
Dicendum videtur beatitudinem non
posse acquiri ab homine propriis naturæ
viribus sed auxilio dumtaxat Dei
supernaturali.
Probatur illud enim quod excedit
naturam creatam non potest fieri
virtute alicuius creaturæ sed
auxilio dumtaxat Dei supernaturali:
at beatitudo est aliquid quod

excedit naturam creatam consistit enim in 80
possessione Dei vt in se est, Deus vero vt in se
est excedit naturam creatam Ergo &c.

An Beatitudo consistat, in habitu, an operãone

Dicendum videtur beatitudinem non in habitu
sed in actu consistere.

Probatur, nam beatitudo est vltima hominis perfectio
atqui actus est vltima hominis perfectio non vero
habitus; nam operãõ est vltimus actus operantis
et proinde vltima eius perfectio, vnumquodq;
enim in tantum est perfectum in quantum
est actu. Ergo &c.

Deinde habitus dat tantum posse operari,
si ergo beatitudo esset habitus daret tantum
posse esse beatum: atqui non est aliquis beatus
quia potest esse beatus sed quia est de facto, nec
quia potest possidere summum bonum, sed
quia de facto possidet.

In qua operãone beatitudo Consistat.

In hac materia sunt multæ sententiæ

Sanctus Tomas existimat beatitudinem formalem essentialiter cons. existere in operatione intellectus sola nimirum in visione Dei: Scotus autem eam reponit in solo actu ~~intellectus~~, voluntatis nimirum in amore beatifico: Aureolus vero beatitudinem dicit esse sitam in sola delectatione: alij denique eam dicunt consistere in operationibus vtriusq; potentiæ cum quibus.

Dicendum videtur beatitudinem formalem essentialiter includere actum vtriusq; potentiæ nimirum claram et intuitiuam visionem diuinæ essentiæ, et amorem eiusdem.

Probatur beatitudo est totalis et completa consecutio summi boni atqui talis consecutio seu possessio summi boni non consistit in solo actu intellectus qui est visio diuinæ essentiæ, sed etiam in actu voluntatis perfecto qui est amor: quod patet quia summum

bonum sub alia ratione possidetur a
voluntate nimirum vt bonum et sub alia
ratione ab intellectu nimirum vt summum
verum:
Deinde prob. quia perfecta et totalis possessio
summi boni dicit perfectissimam vnionem
animæ cum summo bono quæ satiat totaliter
appetitum hæc autem non est per
intellectum tantum sed etiam per voluntatem
Probatur etiam quia beatitudo est totalis et vltima
perfectio hominis atqui totalis et vltima perfectio
non habetur per solam operationem intellectus
sed etiam per operationem voluntatis. Ergo.

De Sententia Gandavensis.

De beatitudine.

Dicendum primo videtur nullam apparere
contradictionem euincentem quominus essentia
aut aliqua perfectio diuina communicetur
animæ tanquam vera forma et actus internus
qui det ei aliquem effectum formalem.
Probatur nam si essentiæ aut perfectioni

divinæ repugnet ut sit forma et actus
intrinsecus, maximè quia hoc dicit
aliquam imperfectionem atqui nullam
dicit imperfectionem. nam hæc dua
tantum imperfectiones assignantur
scilicet quod forma sit pars aut inhærens
atqui neutra ex illis imperfectionibus
sigillatim sumpta ineluditur im
ratione formæ. non quidem esse partem
cum reperiatur aliqua forma quæ
non est pars, nimirum forma
accidentalis, nec esse inhærentem
cum sit aliqua forma nimirum
substantialis quæ non inhæret.

Deinde conceptus formæ intrinsecæ
potest abstrahi ab illis imperfectionibus
cum dicat tantum dare esse et
perficere subtum seipso, quod non
includit in suo conceptu esse inhærens
aut esse partem.

Dicendum secundo videtur dari
Magnum Dei in animam invita

beato immo et beatitudinem completa. et
adæquate sumptam essentialiter includere
huiusmodi illapsum cum visione et amore.
Probatur, beatitudo formalis est completa et
totalis possessio Dei, atqui talis possessio Dei
includit essentialiter illapsum: continet enim
modos saltem præcipuos quibus potest
possideri Deus ab anima, atqui Deus potest
haberi et possideri non solum a potentiis
animæ sed etiam ab ipsa substantia anima
per illapsum. Ergo &c.
Deinde probatur. perfecta possessio Dei
dicit communicationem Dei explentem
capacitatem et appetitum animæ, atqui
anima non est tantum capax communicationis
Dei secundum suas potentias, sed etiam
secundum suam substantiam. Ergo si Deus
non et perfectissimo modo non
communicaretur substantiæ animæ non
expleret capacitatem et appetitum eius
nec eam redderet beatam

De voluntario

Voluntarium ita definitur à nominalibus
operatio vel omissio ita existens in
potestate agentis quod positis omnibus
prævijs et prærequisitis ad eam est
in potestate agentis illam ponere
vel non ponere.
Verum hæc definitio non est tam
voluntarij definitio quam liberj
quapropter.
Dicendum videtur accuratiorem esse
definitionem Sancti Thomæ qui dicit
voluntarium esse cuius principium est
intra cum cognitione finis. Ita vt
duæ conditiones requirantur ad voluntarium
1° vt procedat actio a principio interno
2° vt procedat cum cognitione, finis et
circumstantiarum.
Probatur quia male confunditur à
nominalibus voluntarium cum libero
nam multæ sunt actiones voluntariæ
vt amentium et puerorum quæ tamen

non sunt libera.

Hinc patet voluntarium comparari ad liberum vt genus ad speciem.

Violentum definitur id quod fit ab extrinseco passo non conferente vim. in quo exprimuntur duæ tantum conditiones ad violentum, 1ª quod principium effectiuum sit extra. 2ª quod subtum quod patitur violentiam non concurrat ad ipsum effectum inuando effectiue: tertia tamen est simul intelligenda scilicet quod inclinationi subti repugnet. actus voluntatis alij sunt elicitj qui sunt à voluntate tanquam a principio eliciente: alij sunt imperatj qui sunt a voluntate tanquam a principio imperante. et tales sunt actus aliarum potentiarum qui fiunt imperio voluntatis.

Dicendum 2º videtur voluntatem non posse pati violentiam, in actibus elicitis posse in imperatis.

Patet 1ª pars quia actus elicitus est a

principio intrinseco nimirum voluntate.
Ergo non est violentus cum non sit a
principio extrinseco.
2ª pars patet quia repugnante voluntate
potest homo necessitari ad exercendos actus
aliarum potentiarum quæ subduntur
voluntatis imperio. Ergo tunc actus
Imperatus erit violentus voluntati.

Quando reddant actum involuntarium.

Dicendum videtur quod violentia causet
involuntarium ita vt actus qui est violentus
voluntati nullomodo sit ipsi voluntarius.
Patet quia actus voluntarius est cuius principium
est intra, actus autem violenti principium
est extra Ergo non est voluntarius.
Metus definitur animi ægritudo aut perturbatio
ex cognitione imminentis mali quod aut interitum
aut molestiam afferre posset.
Duplex est metus grauis alius, et cadens in
constantem virum vt est metus magni mali
cum magna probabilitate de illius imminentia
alius leuis seu non cadens in constantem
virum cui deest aliqua ex his conditionibus

Dicendum 2° videtur ea qua fiunt metu partim esse voluntaria, partim involuntaria nimirum esse voluntaria simpliciter, involuntaria tantum secundum quid.

Patet, nam illa sunt simpliciter voluntaria qua procedunt a voluntate efficaci & absoluta, atqui qua fiunt metu ut proiectio mercium in mare, procedunt a voluntate efficaci. Ergo sunt simpliciter voluntaria sunt tamen nihilominus involuntaria secundum quid in quantum sunt contra nolitionem efficacem qua nollet id facere si posset aliter vitari periculum.

Dicendum tertio videtur qua fiunt concupiscentia ut ira amore &c. uno respectu esse magis, alio respectu esse minus voluntaria.

Patet quia uno respectu sunt magis volita nimirum actu intensiori et maiori affectu: alio modo sunt minus volita quia sape minus libera et minus deliberata.

Dicendum 4° videtur ignorantiam quandam tollere voluntarium.

Observia ignorantiam esse triplicem,
concomitantem, quando ignorantia est
de eo quod agitur tamen etiam si sciretur
nihilominus fieret: et talis ignorantia non
causat involuntarium sed non voluntarium.
alia ignorantia est consequens qua voluntas
est, quod contingit duobus modis, uno modo
cum aliquis vult ignorare, alio modo
cum quis ignorat quod potest et debet
scire, et talis ignorantia non causat
involuntarium simpliciter sed secundum
quid: alia denique est ignorantia antecedens
qua non est voluntaria et tamen est causa
volendi quod alias non vellet, et hac
ignorantia causat involuntarium et
inuitum.
ignorantia antecedens vocatur inuincibilis
alia vero vocatur vincibilis quaquidem
distinguitur a ea qua est volita per
actum voluntatis et non tantum ex
negligentia culpabili. et vocatur
ignorantia affectata et prava electionis

An detur liberum arbitrium in homine.

Dicendum videtur dari in homine liberum arbitrium.

Probatur nam si in nostris actibus fatali necessitate et non nostra libertate ducimur frustra essent consilia, leges, exhortationes. Item immerito Deus damnaret homines propter peccata quæ libere non committunt, item experia patet dari in nobis libertatem quam unusquisq; in seipso experitur, et se varia agere et non agere pro arbitratu et libito: item sæpe consultamus quid agendum aut non agendum sit quod arguit libertatem.

Quid sit liberum arbitrium

Liberum arbitrium esse potentiam quamdam ex eo patet quod negs est actus negs habitus: non actus quidem quia sic desineret aliquis esse liber desinendo agere: non etiam habitus qui non dat simpliciter posse operari sed tantum facilius, liberum autem arbitrium dat simpliciter posse operari.

omnes fere recentiores ita definiunt liberum arbitrium est inquiunt potentia activa quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis potest agere et non agere.

Melius tamen alii definiunt liberum arbitrium addendo particulam desumptam ex S.t Roma, hoc pacto. potentia libera est potentia quæ positis ad agendum prærequisitis potest agere et non agere. Servato ordine finis seu salua adhæsione ad finem.

Dicendum 1.° videtur quod potentia præuie agendi non est pars negs de essentia libertatis.

Probatur quia potentia libera eum in Deo formaliter reperiatur est perfectio simpliciter simplex: atqui nulla imperfectio potest esse deratione talis perfectionis, cum ergo potentia peccandi sit imperfectio non potest esse deratione libertatis.

Deinde probatur quia posse deficere non est potentia sed potius impotentia:

atqui posse peccare est posse deficere. Ergo &c.
Eandem probatur quia Christus dominus
item q; omnes beati sunt liberrimi, nec tamen
Christus vnquam habuit potentiam peccandi
nec eam beati nunc habent Ergo potentia
peccandi non est de essentia libertatis aqua
potest abesse.

Dicendum 2° videtur indifferentiam actuam
quae ad libertatem requiritur non esse indifferen
absolutam circa finem et media sed tantum
indiferentiam circa media vt non prorsus
necessaria ad. finem.

Probatur quia actus omnes qui dicunt
indiferentiam quales sunt consultatio,
inquisitio, electio, vsus, versanturtantum
circa media. Ergo indifferentia omnis
est tantum circa media. patet antecedens,
quia de fine nemo deliberat, nam neq;
medicus an sanare nec orator an
persuadere debeat deliberant, sed de mediis
dumtaxat.

Deinde patet quia Deus ad hoc homini

targitus est libertatem vt esset indifferens et inalligatus creaturis tanquam mediis quibus ad finem tendere debet non vero vt esset indifferens ad ipsi Deo inhaerendum Ergo &c.

Dicendum 2:° videtur hanc definitionem libertatis, est potentia quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis potest agere et non agere, non esse accuratam et legitimam sed vagam et nimium patentem et tantum explicare fucatam et mentitam libertatem nisi tempperetur hac clausula Servato ordine finis.

Prob. quia in omni bona definitione non debet poni aliquid quod non sit essentiale definito: atqui ista definitio includit potentiam peccandi quæ non est essentialis libertati, Ergo &c. nam potentia agendi et non agendi simpliciter est plerumq; potentia peccandi.

Deinde probatur nam potentia agendi et non agendi absolute includit

indifferentiam circa finem et media quæ tamen indifferentia non est de essentia libertatis, Ergo talis definitio includit aliquid non essentiale definito.

In qua potentia formaliter Residet libertas.

Dicendum videtur voluntatem non intellectum si distinguantur esse potentiam formaliter liberam.

Probatur, illa potentia est formaliter libera quæ est domina et imperat aliis potentiis. Ergo voluntas non intellectus est potentia formaliter libera, nam voluntas non intellectus imperat aliis potentiis.

Deinde actus voluntatis sunt formaliter boni vel mali. Ergo sunt formaliter liberi.

Nota. libertatem esse radicaliter in intellectu quatenus intellectus ostendit voluntati bonum creatum cui non debet subdi et bonum increatum et infinitum cui plane debet subdi et adhærere; tamen solam voluntatem esse formaliter liberam.

An voluntas sit tantum boni.

Dicendum videtur voluntatem non posse velle malum sub ratione mali, sed tantum sub ratione boni.

Probatur quia voluntas sicut omnis alia potentia non potest velle aliquid nisi sub ratione sui obti: atqui bonum est obtum voluntatis. Ergo voluntas non potest velle aliquid nisi sub ratione boni. &

Deinde appetitus rationalis est quaedam inclinatio nãalis atqui inclinãõ nãalis non est nisi in id quod est conueniens et congruum. quod quidem est bonum. Ergo &c.

De numero Passionum.

Dicendum videtur passionem pertinere ad facultatem appetentem non ad cognoscentem.

Probatur quia saepe passione trahitur potentia ad obtum; atqui solus appetitus potest trahi ad obtum. Nam facultas cognoscens non trahitur ab obto, sed potius trahit obtum ad se. Ergo passiones sunt tantum in appetitu.

Passio definitur motus appetitus sentientis ex imaginatione boni vel mali.

Appetitus sentiens duplex est concupiscens, et irascens.
Concupiscens versatur circa bonum et malum sensibile in se sumptum; et in eo sex passiones reponuntur, amor qui versatur circa bonum absolute, odium quod versatur circa malum absolute, desiderium quod circa bonum absens, fuga circa malum absens, delectatio quæ versatur circa bonum præsens, tristitia quæ circa malum præsens.
Appetitus autem irascens versatur circa bonum vel malum arduum et quidem circa malum arduum præsens versatur ira, circa absens et vitatu difficile versatur timor atque etiam audacia, circa absens vero et impossibile vitatu versatur desperatio, quæ etiam versatur circa bonum arduum absens impossibile obtentu: spes autem versatur circa bonum absens et possibile obtentu: quæ omnes passiones sunt quinque.

Utrum passiones sint omnino reiiciendæ

Dicendum videtur passiones non omnino reiiciendas et improbandas esse sed ad

mediocritatem reducendas.

Probatur quod est nobis inditum à natura quæ nihil facit frustra non est reiiciendum. sed conferre potest ad consecutionem nostri finis atqui passiones sunt nobis inditæ à natura. Ergo non sunt inutiles et reiiciendæ. Deinde virtutum munus est eas temperare quibus ablatis simul auferuntur et virtutes.

Quid sit virtus Moralis.

Virtus definitur ab Arle. virtus est quæ facit bonum habentem et opus eius bonum reddit. aliter etiam eam definit. virtus est dispositio perfecti ad optimum.

Celebrior virtutis moralis definitio est. virtus est habitus electivus in mediocritate consistens prout vir prudens definierit.

Dicendum videtur virtutem esse essentialiter habitum et eius differentiam esse inclinationem quandam in obtum virtutis. et obtum

virtutis est.

Probatur quia id quo potentia determinatur ad bene operandum est essentialiter habitus atqui virtus est eiusmodi. Ergo essentialiter est habitus. Deinde facilitas acquisita repetitione actuum est habitus; atqui virtus est talis facilitas Ergo virtus est habitus.

De medio virtutis moralis

Dicendum videtur virtutes omnes morales excepta iustitia inter duas vitiosas extremitates esse constitutas.

Probatur quia si vni virtuti vnum tantum vitium opponeretur virtus vnicum dumtaxat vitium expelleret, atqui hoc est absurdum quia ratione aliquis posset simul esse fortis et audax.

Deinde virtus est quaedam aequalitas et conformitas cum recta ratione: atqui aequalitati opponitur inaequalitas, siue sit per excessum siue per defectum.

Ideo autem iustitia vni vitio opponitur non autem duobus quia non peccatur contra

iustitiam nisi dum minus tribuis, at dum
plus tribuis non est iniustitia sed actus
alterius habitus siue honesti siue praui.
Virtus dicitur consistere in medio alio sensu
quod nimirum obtum illius sit positum
in medio.
Duplex est autem medium alterum rei
quod aque distat a duobus extremis, et est
idem apud omnes; alterum quoad nos
seu rationis quod respectu vnius cuiusq;
nostrum neq; deficit neq; excedit. et est
varium pro varia personarum conditione.
Dicendum secundo videtur virtutem versari
circa medium rationis seu quoad nos non
vero circa medium rei.
Patet ex definitione virtutis qua dicitur
consistere in mediocritate. quam vir prudens
definierit. Deinde patet quia medium
rei non potest esse medium virtutis nec
idem esse apud omnes, nam aliud est
medium liberalitatis respectu regis quam
respectu hominis plebei.

De subto virtutis Moralis. 70

Omnes consentiunt prudentiam esse reponendam in intellectu et iustitiam in voluntate, tantum est controversia de fortitudine et temperantia. sintne collocandæ in appetitu sensitiuo, an vero in voluntate.

Nota appetitum sensitiuum posse spectari duobus modis vno modo secundum se, et sic virtutes in eo non reponuntur: alio modo secundum quod participat rationem potestq; illi obedire, et sic Dicendum videtur in appetitu sensitiuo reponendas esse virtutes morales quæ versantur circa passiones moderandas.

Probatur; in eo subto debet constitui habitus temperantiæ in quo per actus temperantiæ acquiritur facilitas atqui in appetitu sensitiuo acquiritur facilitas. Ergo. &c.

Deinde probatur in eo subiecto non est ponendus habitus temperantiæ in quo non est difficultas, at in voluntate non est difficultas sed in solo appetitu sensitiuo Ergo &c.

De connexione virtutum

Dicendum videtur virtutes morales in statu quidem imperfecto non esse connexas, at

esse connexas in statu perfecto seu prout
habent rationem habitus et non dispositio

. Secunda pars conclusionis quod nimirum virtut
non sint connexæ prout sunt imperfectæ
et habent rationem dispositionis non est
in controuersia et probari potest ex diuersitate
obiectorum virtutum earumq; subiectorum.
Altera pars conclusionis probatur quia qui
habet perfectam inclinationem in bonum
honestum habet omnes virtutes vel saltem
est probé dispositus ad omnes habendas,
atqui qui habet vnam virtutem perfectam
est perfecte inclinatus in omne honestum
in omni materia, cum eadem ratio
honestatis in omnibus virtutibus reperiatur
Ergo qui habet vnam virtutem perfectam
simul omnes obtinet.
Deinde probatur quia quicunq; male virtut
principijs prudentia communibus et vtilibus
in aliqua materia est dispositus ad iis
prauè vtendum in omni materia et ita non
est perfecta prudentia. Igitur non habet
rationem nisi dispositionis non autem habitus

De Prudentia

Prudentia definitur habitus cum recta ratione agibilium circa ea quæ bona vel mala homini sunt.
Duo sunt officia prudentiæ: primum est disponere et ordinare ea quæ sunt ad finem: secundum est inuenire medium in virtutibus moralibus.
Tres sunt actus prudentiæ, primus est consiliari: secundus est iudicare de inuentis; tertius et præcipuus est præcipere. vt ea quæ consiliata et iudicata sunt executioni mandentur. Ideo Sollicitudo ad prudentiam pertinet. vt executio velocior et diligentior sit.
Prudentia maxime comparatur vsu et experimento, nam versatur circa agibilia quæ sunt res singulares ad quorum cognitionem non sufficit cognitio vniuersalium principiorum: prudentia vero maxime deperditur non obliuione sed passione quia consistit in applicatione cognitionis ad appetendum et operandum quæ quidem applicatio passione corrumpitur.
Partes prudentiæ aliæ sunt integrantes, tales autem sunt virtutes quædam quas necesse est concurrere ad perfectum actum prudentiæ: aliæ sunt subiectiuæ partes quæ sunt species diuersæ.

prudentiæ: aliæ denique sunt partes potentiales, quæ sunt virtutes quædam quæ non assequuntur totam efficaciam Prudentiæ.

Partes integrantes prudentiæ sunt octo. memoria, quæ ideo concurrit ad prudentiam quia ipsa maxime augetur experientia, quæ constat ex pluribus memoriis. Intellectus pertinet ad prudentiam quia ipsa procedit à principiis ad conclusiones, notitia autem principiorum est intellectus: docilitas, quia debet prudens acquiescere sententiis seniorum: solertia, quia debet prudens versare opinionem posse inuenire. ratio ad prudentiam pertinet. quia consilium quod ad prudentiam pertinet est actus rationis. prouidentia, quia res non possunt debitè ordinari in finem sine prouidentia quæ considerat sibi conuenientia. Circumspectio, quia in iis quæ ordinantur ad finem multa sunt quæ secundum aliquid sunt conuenientia fini et secundum aliud non sunt, ideo opus est circumspectione. Cautio, quia in his quæ ordinantur ad fin

mala plerumq; admiscentur bonis qua propter opus est cautione.

Partes subiectiuæ prudentiæ sunt duæ, nimirum prudentia per quam aliquis regit se ipsum quæ vocatur prudentia, et prudentia per quam aliquis regit multitudinem quæ quidem diuersa est, pro diuersa multitudine. nam alia est æconomica alia politica, alia regnatiua, alia militaris.

Potentiales partes prudentiæ sunt tres, Eubulia, quæ consistit in bene consiliando, Synesis, in bene iudicando secundum communes regulas, Gnome, in bene iudicando secundum altiora principia.

Vitia opposita prudentiæ alia sunt quæ manifestam habent contrarietatem ad prudentiam, et eiusmodi sunt quinq; imprudentia quæ generaliter opponitur prudentiæ; præcipitatio quæ est cum homo non procedit ad operandum per gradus quos sibi prudentia præscribit, inconsideratio quæ designat defectum iudicij, inconstantia designat defectum præcepti, negligentia sollicitudini opponitur.

Alia vero sunt, prudentiæ vitia quæ falsam
habent similitudinem cum prudentia: sunt
autem duo vnum cum quis accipit malum
finem ad quem dirigit conuenientia
media et hoc vitium in scriptura vocatur
prudentia carnis: aliud vero est cum quis
ad finem siue bonum, sive malum
assumit media simulata et falsa, quod
vocatur astutia. qua quidem vtitur tanquam
administris dolo et fraude; dolus est
vltior et fit siue per verba, sive per
facta, fraus vero magis in factis
consistit.

De Iustitia

Iustitia est perpetua et constans voluntas
ius suum cuique tribuendi. Vnde tria
requiruntur ad iustitiam quod aliquid
sit debitum, quod sit æqualitas, et quod
sit ad alterum.

Actus præcipuus iustitiæ est iudicium quo
iustitia inclinat iudicem ad bene iudicandum
in iudicio autem tria requiruntur. 1° vt
procedat ex amore iustitiæ. Secundò quod
procedat ex authoritate iudicantis, 3° vt

non sit ex lege conjectura.

Jus dividitur in naturale et positivum, opus enim justum vel tale est sua natura puta cum reddimus æquivalens, vel tale est ex aliquo positivo sive contractu, sive conventione. Jus etiam sumptum pro lege recte dividitur in naturale et positivum, lex enim alia naturalis quæ nullo posito præcepto, tamen obligat: alia positiva quæ proponitur vel à Deo vel ab hominibus

Justicia dividitur in commutativam quæ adæquat jus strictum et proprium rei dominium, et distributivam quæ adæquat jus impropriam, puta quod jus habet in sacerdotium illequis dignior est. Aliter explicatur illa divisio justitiæ vt commutativa illa sit quæ constituit æqualitatem arithmeticam seu rei ad rem, distributiva verò illa sit quæ constituit æqualitatem geometricam quæ consistit in quadam proportione et ad quam constituendam spectari debent jura plurium personarum.

Vitium oppositum justitiæ est injustitia,

Justitiæ autem distributiuæ est acceptio personarum : commutatiuæ autem Justitiæ alia vitia opponuntur cum laditur proximus in persona vel in rebus per furtum, per falsam accusationem &c.

De Fortitudine & Temperantia.

Fortitudo definitur virtus moralis qua quis inclinatur ad honestè se gerendum circa terribilia et res acerbas.

Nomen fortitudinis dupliciter accipitur 1° pro animi firmitate quadam, et sic est generalis conditio omnium virtutum, alio modo pro animi firmitate in sustinendis iis et repellendis in quibus difficile est firmitatem habere,

Duo sunt actus Fortitudinis aggredi et sustinere, sustinere quidem in quantum moderatur timores, aggredi vero in quantum moderatur audacias unde principalior actus fortitudinis est sustinere, quàm aggredi quia difficilius est moderari timorem quam audaciam Nobilissimus actus fortitudinis est mortem sustinere pro bono publico

vel potius profunda religione.

Temperantia est moderatio voluptatis ad sensum tactus et gustatus pertinentis appetitui concupiscenti competens ut inde honestæ prodeant actiones.
Temperantia sumitur duobus modis, 1° pro quadam temperie et moderatione quam ratio ponit in humanis passionibus et hoc est commune omnibus virtutibus: 2° pro moderatione appetitus ab iis delectabilibus quæ maximè allicium hominem contra rationem, et sic est specialis virtus.
Delectationes aliæ sunt spirituales quæ consequuntur mentis operationem, aliæ corporales quæ capiuntur per sensus externos.
Regula temperantiæ desumenda est à necessitate humanæ vitæ.

In quo consistat esse morale actionis humanæ

Dicendum videtur esse morale actionis humanæ nihil aliud esse quam esse liberum.
Prob: illud est esse morale quo præcisè posito actio est moralis, quo ablato non est moralis at posito quod actio sit libera iam est moralis &c. Ergo.
Deinde proprietates actionis moralis profluunt immediatè ab esse libero. Ergo in esse libero consistit

esse morale actionis humanæ.

Quotuplex sit actio humana.

Actio humana alia est elicita quæ à voluntate immediatè producitur; alia imperata quæ procedit ab alia facultate ex motu et imperio voluntatis.

actiones elicitæ aliæ sunt circà finem puta amor seu voluntas quæ finem respicit absolutè sumptum, intentio quæ respicit finem secundum quod est terminus motus, fruitio quæ est quies in fine adepto. aliæ versantur circa media, puta inquisitio seu consilium, consensus, electio, et usus: quia primo voluntas inquirit media, deinde in ea consentit quæ videntur opportuna tandem ex pluribus nonnulla seligit, denique seligentis utitur.

Nota autem fruitionem non esse nisi finis ultimi; intentionem autem et amorem posse esse tum finis ultimi tum medii.

De bonitate actionum humanarum.

Duo considerantur, in actione humana, 1um est substantia actus ad quam pertinent obiectum, finis, et recta ratio: alterum

est, circunstantiæ actus, qua septem recensentur, quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Bonitas actionum humanarum dicit integritatem quamdam et secundum substantiam et secundum circunstantias. bonum enim est ex integra causa malum autem ex singulis defectibus nam si in aliquo deficiat actio non erit bona sed mala.

Dicendum videtur bonitatem actionis moralis consistere formaliter in debito ordine et debita relatione in Deum tanquam in vltimum finem.

Patet nam bonitas entis creati in communi consistit in relatione ad Deum tanquam ad suum vltimum finem, Ergo bonitas talis entis nimirum actionis moralis consistit in debito ordine ad Deum tanquam ad finem moralem.

Deinde in practicis finis est primum principium vnde omnia habent suam bonitatem et perfectionem. Ergo &c.

Denique actiones humana sunt amor intentio deliberatio electio &c. atqui iste omnes actiones ideo sunt bonæ quia habent debitum

ordinem ad finem.

In quo consistat malitia actus humani.

Dicendum videtur malitiam actus humani quæ est formale peccati commissionis esse privationem non autem aliquid reale et positivum.

Probatur quia malum in communi non est aliquid positivum sed privativum aut negativum. Ergo ratio mali moralis consistit in privatione.

Deinde Deus est causa cuiuscunq; entis positivi, itaq; si malum et peccatum sit aliquid positivum. Deus erit author peccati quod impium est dicere.

finis.

276

212

78

2.9

Ex Metaphysica.

An conceptus entis sit unus.

Ratio entis solet declarari per essentiam et per existentiam, ita ut idem sit ens ac habens essentiam, aut habens existentiam. Ita autem videntur communissimæ eius declarationes. 1.° ut sit ratio seu gradus primus percipiendi ens creditum à nihilo. 2.° ut sit id quod existit aut potest existere. 3.° ut sit id in quo fundatur proximè veritas, intelligibilitas etc.

Essentia solet dici primum quod in re concipitur, quod definitione explicatur, quod fundamentum est proprietatum, susceptivum existentia.

Duplex est conceptus alter formalis qui est conceptio, et operatio intellectus qua rem cognoscit: alter objectivus qui est ratio ipsa quæ objicitur concipienda. Et quæritur hic an conceptus entis objectivus sit unus.

Respondeo 1.° videtur rationem entis non esse perfecte unam, et præcisam à differentiis, sed tantum imperfecte, si sermo sit de ratione explicita et distincta.

Probatur ratio illa non est perfecte una nec præcisa

a differentiis qua semper differentias includit: at ratio entis etiam in statu praecisionis differentiâs includit. Nam includit omnia vt entia sint, atqui differentia entis quaecunqz vt esse per se, esse in alio, entia sunt, Ergo includuntur in ratione entis. Ergo ratio entis non est perfecte vna.

Deinde Prob. si ratio entis esset praecisa a differentiis possent differentiæ addi huic rationi et cum ea facere compositionem Metaphysicam; atqui hoc fieri non potest quia componentia non debent se se includere, at ratio entis includit omnes differentias entis quasquunqz. Ergo.

Dicendum 2°. videtur rationem significatam nomine entis et consequenter conceptum entis obiectiuum esse saltem imperfecte vnum, et posse esse imperfecte praecisum a differentiis.

Prob. quia substantia et accidens imo et res quaecunqz veræ et reales, aliquo modo conueniunt, in eo quod sunt entia: at conuenire est in vnum venire. Igitur ratio entis debet esse aliquo modo vna.

Deinde cum ens sit obtum vnius potentiæ nimirum intellectus debet esse aliquo modo

vnum: atqui vidimus non esse rationem entis perfecte vnam, restat igitur vt sit tantum imperfecte vna, et praecisa à differentiis.

An conceptus entis sit Analogus.

Dicendum videtur ens esse analogum respectu Dei et creaturæ substantiæ et accidentis.

Prob. illa ratio ó est vniuoca quæ ó est perfecte vna atqui ratio entis ó est perfecte vna vt supra vidimus nec perfecte praecisa à differentiis, Ergo.

Prob. 2ª. ratio vniuoca debet esse vna in se, et vna respectu inferiorum, at ratio entis ó est vna in se et vna in se et vna respectu inferiorum quod prob. quia illa ratio ó ó vna eademq; in respectu ad inferiora quæ per prius respicit vnum inferiorum et per posterius respicit aliud, atqui ratio entis prius respicit Deum quàm creaturam et substantiam quam accidens. nam creatura ó dicitur ens nisi per ordinem ad Deum, nec accidens diceturens nisi per ordinem ad substantiam. Hinc ens esse analogum analogia attributionis respectu Dei, et creaturæ, substantiæ et accidentis cuius praecipuum analogatum et per ordinem

ad quod aliud dicitur tale, est tum Deus tum substantia.

Collige 2° alia transcendentia ut unum, verum, bonum, eodem modo se habere respectu inferiorum, ac ens; nimirum esse analoga, quæ habent priacipuum analogatum in Deo.

Collige 3°. Deum ó poni in genere, aut in aliqua categoria, nam ens ó est genus subjectum tamen Deus ponendus est si subgenere ponendus.

An essentiæ creaturarum fuerint ab æterno.

Dicendum videtur essentias creaturarum ab æterno ó esse aliquid reale et positivum a Deo distinctum.

Prob. 1° si creaturæ habeant aliquod esse reale ab æterno illud esse erit a Deo independens quod prob. quia antecedet creationem quatenus est prima actio Dei ad extra, atqui illud falsum est quod sit aliquod esse creaturæ independens a Deo cum essentia creaturæ consistat in dependentia a Deo.

Prob. 2° si creaturæ habent ab æterno esse essentiæ verum et reale cum fuerit in tempore

ó fiunt ex nihilo sed transeunt ab esse essentiæ ad esse existiæ Ergo é creantur. quod falsum est, Ergo eo id unde sequitur.

An essentia et existentia in creaturis distinguantur.

Essentia est id quod definitione declaratur quod primum concipitur in re, quod est primum fundamentum proprietatum et per quod res est in tali gradu entis.

Existentia autem est actus quidam essentiæ adueniens per quem res habet vt sit actu et a statu possibilitatis transeat ad statum actualitatis.

Dicendum videtur in rebus creatis essentiam a parte rei etiamsi omnem operam intellectus ab existentia distinguj.

Prob res indifferens ad existendum et ó existendum debet determinarj per aliquid superadditum, atqui essentia creata est indifferens ad existendum et ó existendum; nam contingenter existit, Ergo debet determinarj per aliquid superadditum, atqui hoc ✠ est aliud quam existentia. Ergo existentia est aliquid realiter distinctum ab essentia creata.

De subsistentia & suppositio.

Suppositum creatum est individuum naturæ substantialis completæ in se existens.

In supposito quatuor possunt spectari 1°. essentia per quam res est in tali entis specie: 2° existentia per quam res est in actu: 3°. singularitas per quam natura ex se ad multa indifferens ad unum individuum determinatur eique fit propria: 4°. subsistentia per quam natura ultimo et incommunicabiliter dicitur in se existere, quæq; cum natura constituit suppositum.

Nota nomen subsistentiæ et suppositi ee commune cuilibet naturæ sive rationali sive non, sive animatæ, sive non: nomen autem personæ et personalitatis significare tum suppositum tum subsistentiam in natura rationali.

Dicendum videtur suppositum ô addere naturæ substantiali completæ in esse naturæ aliud quàm existentiam substantialem.

Prob. quidquid tribuitur subsistentiæ, potest ultimo complere et terminare naturam, optime potest convenire existentiæ naturæ substantialis. Ergo frustra aliud additur. Prob. ant. unumquodq; completur per actum sibi

proprium, atqui actus proprius essentia est existentia
Ergo &c.
Prob. 2°. nam sicut ratio entis in communi completur
per existentiam in communi, ita talis gradus entis puta
substantia completur per talem existentiam scilicet
substantialem. Ergo frustra ad alium terminum
recurritur.
Persona definitur à intellectualis naturæ individua
substantia scilicet in actu.

De inhærentia accidenti.

Accidens dicitur esse id quod est in subto inhæsionis.
dicitur etiam id quod ô tam est quam inest, ô tam
esse quam entis, cuiusse est inesse quoddam.
Quatuor possunt spectari in accidente 1.um est essentia
qua definitione explicatur: 2.um existentia quæ vocatur
in accidente, ineaistentia, 3.um est aptitudo et
promitas in subtum qua vocatur inhærentia
aptitudinalis. 4.um est inhæsio actualis per quam
determinat subto.
Dicendum 1°. videtur actualem inhærentiam ô esse
de essentia accidenti.
Prob. Quia id quod est separabile ab accidente

non est de eius essentia, atqui accidens
potest esse diuinitus sine inhærentia actuali
in subto vt patet in accidentibus cucharisticis.
Ergo.

Reinde Prob. essentia est id quod est primum
in re at ✠ inhæsio actualis ē est primum
in accidente quia priuset accidens esse aptum
inhærere, quam inhærere actu.

Ricendum 2°. videtur aptitudinem ad
inhærendum seu inhærentiam aptitudinalem
esse de essentia accidentis.

Prob. quia illud est de essentia accidentis
per quod 1° et essentialiter differt accidens à
substantia, atqui inhæsio aptitudinalis est
eius modi, nam substantia est quod ē est in
subto negz actu negz aptitudine, sed est
per se ac vero accidens est in subto actu aut
aptitudine.

Reinde inhæsio aptitudinalis est primum
quod concipitur in accidente. Ergo.

Quodnam sit principium Individuationis.

In quolibet individuo hæc duo spectantur, nāe

et indiuiduáo quam alii vocant differentiam numeralem
et ecceitatem qua quidem est principium fóle indiuidej.
Quaritur hic quodnam sit principium et radix huius
differentiæ et indiuiduationis.
Duplex autem statuj solet principium indiuiduáonis
internum quod in re inexistit, et externum,
quod quidem duplex est, vel ex parte rej cuiusmodj
est causa efficiens quæ producendo effectum
tribuit ej indiuiduationem, vel ex parte nostrj,
cuius modj sunt accidentia illa externa quæ
nunquam eadem reperiuntur in pluribus
indiuiduis et hoc verso designantur.
forma, figura, locus, etys, nomen, patria, tempus.
Dicendum videtur materiam signatam in substantiis
máalibus esse primum et intrinsecum principium
indiuiduáonis, seu differentia numerice sicut forma
est principium intrinsecum differentia specifica.
Dvob. materia et forma sunt duo principia quæ
adæquatè constituunt indiuiduum, ideo nullus est
gradus nullagj differentia in indiuiduo qua ordinetur
ad materiam vel ad formam. atqui indiuiduáo est
vltimus gradus et vltima differentia indiuidua. Ergo
deb et reducaj ad materiam, vel ad formam

atqui ó revocatur ad formam. Ergo ad materiam
quod ó revocetur ad formam. Prob. quia
ipsa forma individuatur per ordinem ad
materiam. nam duæ formæ ideo sunt diversæ
numero quia habent ordinem ad diversas
materias. Eiusdem idem. Probatur quia cum
forma sit communicabilis pluribus individuis,
ó potest esse principium individui quod est
incommunicabile, nam idem ó potest esse
principium communicabilitatis et incommunicabi-
litatis.

De Distinctionibus.

Distinctio nihil est aliud quam ratio, seu forma
qua res una ó est alia. (6)
Dicendum 1º. videtur distinctionem adæquate
dividi in realem et rationis.
Prob. nullum datur medium inter contradictoria
atqui illa duo membra sunt contradictoria. nam
omnis distinctio, vel est ante operationem
intellectus, et est realis, vel post operationem
intellectus et est distinctio rationis. Ergo 1º
datur distinctio media inter realem et rationis
Itaq; distinctio realis est illa quæ est independens

ab intellectu seu qua est in rebus ante operam
intellectus. Distinctio vero conceptus seu rationis
est illa qua est dependens ab intellectu seu qua fit
operatione intellectus prout vem diuersimode concipit.
Dicendum videtur contra Scotum ô dari distinctionem
ex natura rei inter gradus metaphysicos in eodem
individuo.
Prob. quia si gradus metaphysici realiter distinguerentur
in eodem individuo puta animal, vivens, corpus,
rationale. ex. maxime quia de iis affirmantur
contradictoria, item quia habent diuersas definiones:
atqui ista rationes nullae sunt. nam de eadem
re sub diuersis conceptibus possunt affirmari
contradictoria, et diuersa definitiones conuenire.
vt patet de eodem intellectu prout apprehendimus,
vel iudicatiuus est, vel etiam discursiuus.
Dicendum 3°. videtur contra Suarem ô dari
distinctionem modalem quae sit media inter
realem et rationis, quoqz intercedat interea
quorum vnum ô posse esse sine alio, sed ô
contra.
Prob. veiiciendo illas entitates modales, seu modos

ab aduersarijs adinuentos. nam si darentur modj essent accidentia, atqui ỏ sunt ỏ aduersarij volunt. Ergo ỏ dantur. maj. prob. quia eis conueniret definitio accidentis cum essent in subto et ỏ tanquam pars, et ỏ possent esse, nequidem diuinitus sine subto Ergo.

De Passionibus entis in communj.

Passiones entis sunt vnitas, veritas, et bonitas.

Quaeritur an vnum dicat aliquam rationem positiuam aliquo modo conceptu adeunte distinctam.

Rc affirmatiue quia quamuis negatio diuisionis sufficiat vt concipiatur vt ens, vnitas ỏ tamen sufficit vt concipiatur tanquam perfectio vera, et legitima. Igitur vnitas fr liter ỏ è ỏ negaõ, sed est aliqua vaõ positiua quae fundata hanc negaõnem et per eam explicatur.

Quaeritur quid sit veritas.

Rc veritatem entis et rej optime explicari

per conformitatem quam res habet cum intellectu, et cognitione diuina. nam cum veritas dicat ordinem ad intellectum, melius explicatur per ordinem ad intellectum diuinum, quam creatum.

Quæritur quid sit Bonitas.

R. bonitatem explicari p. vel per rationem perfecti in se, aut perfectiui aliorum vel per rationem conuenientiæ et appetibilitatis. Praterea ratio bonitatis creatæ explicatur per ordinabilitatem in finem vltimum.

An possit demonstrari Deum ee.

Dicendum videtur posse demonstrari à posteriori Deum esse, seu dari aliquam primam et supremam causam, dari aliquod ens omnino necessarium et quod ó potuit ó ee.

Prob. omnia entia ó possunt ee contingentia. Ergo datur ens primum omnino necessarium. Prob. ant. si omnia essent contingentia et possent ee et ó esse aliquando ó fuissent et consequenter nec ia essent. siquidem nihil esset quo

pvoducerentur.

Prob. 2°. omnes effectus pvoducti reducuntur in aliquod principium a quo sint: atqui illud principium est Deus. Ergo. Prob. maj. nam cum nullus effectus sit a se sed ab alio, et ꝺ possit dari pvocessus in infinitum erit deueniendum ad aliquod pvimum principium a quo omnia sint

Riendum 2°. videtur sufficienter pose pvobari lumine naturali vnicum esse Deum

Prob. multiplicatio individuorum in eadem natura peritur a materia, atqui in Deo nulla est materia. Ergo in natura diuina ꝺ possent individua multiplicari.

2°. si essent duo dij differrent sua essentia cum in Deo nihil sit accidentale. Ergo esset aliquid pvfectionis et entitatis in vno quod ꝺ esset in alio, et consequenter alter ꝺ esset Deus siquidem omnem in se pvfectionem ꝺ contineret.

An Deus ora conservet.

Riendum videtur omnia creata pse sect

immediate pendere ab influxu conservativo ___
Dei qui si unico temporis momento intermitteretur ___
omne ens creatum funditus periret, et in suum
nihilum unda emersit laberetur.

Prob. nisi omne ens creatum penderet immediate ___
a Deo in suo conservari plus quidam effectus ___
penderent a suis causis quam a Deo, puta lumen
a sole quod nequidem momento sine sole ___
conservari potest. Ergo &c.

2°. sicut Deus res creatas libere condidit in ___
tempore cum ô essent, ita libere quoqs cum iam ___
sint conservat in tempore, eiusqs voluntati ô minus
in conservando subiacent quam in creando. Ergo. ___

An Deus praemoueat causas secundas ad agendum.

Dicendum videtur admittendum esse concursum ___
praeuium in causas secundas tum necessarias, tum ___
liberas quas Deus eas moueat, applicet, et praedeterminet ___
ad agendum.

Prob. 1°. omne agens secundum mouet motum. Ergo ___
praemouetur a primo. Prob. ant. quia in dio ô est
sita subordinao et dependentia causarum ___

secundarum à prima quam in eo quod
motæ et applicatæ à prima agant et moueant.
2°. Prob. motio voluntatis humanæ prius est
à Deo quàm a voluntate. Ergo datur prima dò
voluntatis. ant. Prob. nam. omne fundamentum
priorit[at]is reperitur in motione voluntatis prout
est à Deo nimirum. vniuersalitas et independentia
nam deus agit vt causa vlis, et independens

De Concursu simultaneo.

Dicendum videtur admittendum esse concursum
simultaneum et cooperationem Dei cum causis
secundis ad omnes effectus creatos.

Prob. omne ens per participationem pendet
entialiter in sua existentia et ce. ab ente per
essentiam atqui omnis effectus creatus et omnis
actio creata est ens per participationem. Ergo
pendet ab ente per essentiam: atqui ò penderet
immediate si Deus ad eius productionem immediate
ò concurreret. Ergo.

finis

De Principiis rerum naturalium.

Dicendum videtur Physicam esse vere et proprie scientiam.

Patet quia effectus et proprietates necessariæ demonstrantur in physica per propriam causam, vt hominem esse scientiæ capacem quia est rationalis &c. Ergo.

Dicendum videtur obtum physica melius assignari per corpus naturale quàm per ens mobile.

Probatur per illum gradum debet assignari obtum physicæ ex quo oritur præcipua proprietas quæ demonstratur in physica, atqui præcipua proprietas quæ demonstratur in physica nimirum mobilitas oritur ex corpore naturali non autem ex ente, si enim ex ente oriretur, omne ens esset mobile. Deinde, omnes conditiones obti scientiæ optimè conueniunt corpori naturali quia corpus naturale est illud cuius demonstrantur principia species et proprietates.

Aristoteles duo genera librorum conscripsit
alios exotericos seu popolares quia
familiari stylo sunt scripti quales sunt
libri moralium, Politicorum, Rhetoricorum
Poeticorum, historia animalium: alios
acroamaticos seu auscultatorios, quod
in iis recondita doctrina traderetur quae
explicantem praeceptorem postularet
et attentum auditorem huius generis
sunt libri metaphysici, logici et
physici qui inter caeteros dicti sunt
de physico auditu.

De Antiquorum Sententiis
Circa prima principia.

Philosophus primo refert sententiam
Parmenidis et Melissi qui dicebant
esse unum duntaxat principium
immobile: contra quos quia
negabant principia physica
nimirum dari multitudinem entium
et dari motum, Aristoteles negat se
posse agere tanquam physicum,

Vbi occurrit dubium num aliqua ~~potentia~~ scientia possit probare sua principia. et quidem duplicia sunt principia, alia sunt principia essendi ex quibus constant aut originem habent res naturales, alia cognoscendi quia sunt propositiones per se notæ et euidentes. et principia quidem essendi possunt demonstrari a posteriori in vna scientia non autem principia cognoscendi

Dicendum videtur omnia non esse vnum ens

Prob. contra Parmenidem et Melissum. Si omnia sunt vnum ens vel illud erit substantia sola, et hoc non potest dici cum illud ens dicatur esse finitum vel infinitum quod non potest esse sine quantitate, vel accidens solum quod etiam est impossibile vt accidens sit sine substantia vel erit substantia simul et accidens, sicq non erit vnum nisi vocedenus, revera autem erit multiplex.

2° Si omnia sunt vnum vel sunt vnum continuitate quod dici non potest. quia sic essent multa potentiâ. continuum enim

est diuisibile in infinitum, vel sunt vnum
indiuisibilitate sic autem non esset finitum
vel infinitum: vel sunt vnum definitione,
vnde sequeretur contraria esse idem, itemq;
contradictoria et alia multa absurda inde
sequerentur.

Postea philosophus refert sententiam
Anaxagorae qui induxit homiomeliam
seu infinitarum partium similarium
aggregationem, quas volebat esse
principia rerum omnium, et contendebat
vlterius post rerum generationem, adhuc
partes eiusmodi alterius rei remanere
in composito.

Dicendum tamen videtur non dari
homiomeliam seu infinita principia
quae sint infinitae partes similares
rerum omnium.

Probatur si sunt infinita principia
rerum omnium, illa sunt ignota, atqui
si principia sunt ignota nulla datur
scientia rerum naturalium. Ergo
si principia sunt infinita nulla datur

scientia quod est absurdum Ergo.
Deinde si infinitæ particulæ rerum omnium essent in quolibet sequeretur quodlibet esse infinitas quod falsum est. Ergo &c.

An sint, quot sint & Quid sint principia rerum naturalium.

Principium in communi describitur id primum vnde aliquid est, fit, aut cognoscitur.
Nomen principij latius patet quàm causæ, nam prima pars seu primus terminus cuiuslibet rei dicitur eius principium non autem causa.
Causa enim 1.° dicit verum influxum in suum effectum non autem principium: 2.° Causa dicit dependentiam effectus a ipsa; 3.° dicit diuersitatem ab effectu: 4.° causa est prior suo effectu quæ non conueniunt principio.
Nota rem posse spectari secundum fieri, secundum esse, et secundum cognosci: vnde alia sunt principia vnde aliquid fit, alia vnde aliquid est, et alia vnde aliquid cognoscitur.
Principia rerum naturalium alia sunt externa vt Deus sol &c. et de his non agimus

alia interna quæ rursus dividuntur in principia generationis et principia compositionis.

Dicendum videtur dari principia interna rerum naturalium.

Probatur. quidquid vere et realiter componitur habet vera et distincta principia ex quibus componatur, atqui res naturales vere et realiter componuntur. Ergo habent vera et distincta principia.

Deinde quemadmodum Deus ex nihilo operatur ars autem supponit opus naturæ ex quo operetur ut lignum, ferrum, ita natura quæ media est inter Deum et artem, debet efficere aliquid ex materia prima, ex qua cum forma componuntur res naturales.

Dicendum secundo videtur tria dari principia rerum naturalium generationi intrinseca. scilicet materiam formam et privationem.

Probatur quia principia intrinseca generationis ea dicuntur quæ ita intrinsece generationem constituunt ut sine iis generatio vel mutatio nec fieri nec concipi possit, atqui tria sunt eiusmodi quod patet

quia in generatione qua est progressio ad esse
ista tria concurrunt privatio forma tanquam
terminus a quo incipit mutatio, forma tanquam
terminus ad quem tendit illa progressio et subtum
quod modo est sub forma privatione et modo sub
forma. D.

Deinde generatio requirit duo contraria sive oppositi
qua sunt forma et privatio, hac autem contraria
postulant commune subtum quod est materia.
Ergo generatio tria perse requirit.

Dicendum 2° videtur dari duo tantum principia
compositionis rerum naturalium, scilicet
materiam et formam.

Patet quia res naturales necessario constant his
duobus nimirum materia et forma quorum
una in generatione accedat et in corruptione
recedat scilicet forma, alia vero nimirum
materia et in generatione et in corruptione
maneat.

Principia rerum naturalium definiuntur a
Arte. ea quae nec ex se mutuo nec ex aliis
sed ex ipsis omnia nimirum sunt aut fiunt.

Hæc definitio vt congruat principiis
tum compositionis tum generationis, ita est
explicanda principia sunt quæ neq; ex se
mutuo, sunt in eodem scilicet genere
principij in quo ipsa sunt prima, nec
ex aliis similiter; sed ex ipsis omnia
in eodem etiam genere principij in quo
ipsa sunt prima.

An detur et quid sit materia prima.

Dicendum videtur existentiam materiæ
primæ nullo alio medio quam physico
posse demonstrari, nec alio medio physico quam
mutatione substantiali.
Patet, nisi enim cerneremus animantia
interire. nulla ratione cognoscere possemus
corpora hæc ex materia et forma constare. sed
simplicia esse penitus putaremus.
Dicendum 2° videtur posse efficaciter
probari dari materiam primam medio
physico, scilicet ex transmutatione substantiali
patet proponendo demonstrationem ejusmodi. euidens est experientia

dari in rebus transmutationem vnius in aliam: atqui hoc non potest fieri sine communi subto aut materia quæ maneat sub vtroq; extremo. Ergo. Minor patet nam quando aliquid fit denouo, vel aliquid eius præfuit vel nihil, si nihil, Ergo vere fit ex nihilo, Ergo creatur: si aliquid eius præfuit illud non est aliud quam commune subtum quod vocamus materiam.

Materia secundum definitionem Platonis est non ignis, non aer, non terra, non compositum verum moles quædam rudis omnium rerum capax.

Ab Aristotele sic Definitur, materia est id quod negs est quid, negs quantum negs quale, negs aliquid eorum quibus ens determinatur.

Accuratè autem materia definitur, subtum primum ex quo insito et permanente aliquid fit per se et non per accidens.

An potentia materiæ sit ei essentialis

Potentia materiæ ad recipiendas formas est inclinatio positiua materiæ ad recipiendas

formas. nam vnumquodq; per se et positiue inclinatur, in suum finem et bonum, at forma est finis et bonum materiæ. Ergo.

Nota potentiam materiæ posse comparari vel ad formam substantialem vel ad formam accidentariam.

Potentia materiæ duplex est, vniuersalis quæ est aptitudo materiæ ad suscipiendam formam substantialem non respiciendo magis hanc quam illam: et particularis quæ est ipsamet potentia vrlis sed determinata per aliquas dispositiones ad hanc formam et non ad aliam.

Dicendum videtur positiuum quod dicit potentia materiæ non distingui realiter a materia.

Patet quia forma substantiales materiales educuntur de potentia materiæ, atqui non possunt educi ex aliquo accidente. Ergo potentia materiæ non est accidens ipsi superadditum, sed est ipssamet substantia materiæ d.

Dicendum videtur 2° potentiam materiæ primam
et vrlem esse ipsi essentialem.
Probatur nam ponitur in eius definitione.—
materia enim dicitur ens quod est in potentia
ad formas recipiendas.
Deinde materia habet ordinem essentialem
ad formam, at non aliam quam potentia—
receptiua. Ergo in suo conceptu essentiali includit
potentiam receptiuam.
Potentia materia in ordine ad formas accidentarias
est etiam indistincta à materia quod patet quia
si talis potentia esset accidens superadditum
materiæ, materia haberet quoque aliam potentiam
qua reciperet illud accidens et sic esset processus
in infinitum. Hæc autem potentia materiæ—
ad formas accidentarias non est de essentia—
materiæ quia non est primum quod—
concipitur in materia qua prius habet
ordinem ad formam substantialem quam—
ad formam accidentariam.

An materia propriam habeat existentiam.

Dicendum videtur cum Thomistis, et Averroistis contra Scotum materiam ita esse puram potentiam vt nihil actualitatis et existentiæ propriæ sibi vendicet sed à forma omnem mutuetur existentiam.

Probatur si materia habeat suam existentiam et forma suam, debebunt illæ duæ existentiæ coalescere in vnam existentiam perfectam compositi atqui hoc fieri non potest quia quando ex duobus fit vnum perse debet vnum recipi in alio; atqui neq; existentia materiæ potest recipi in existentia formæ nec e contra. Ergo illæ duæ existentiæ non possunt constituere vnam integram existentiam compositi.

Præterea si materia propriam habeat existentiam nulla ratio potest assignari cur materia non possit naturaliter existere sine forma quod tamen omnes fatentur. Ergo. &c.

Denique quemadmodum deus ita est actus

parus vt nihil includat potentia physica quæ
est respectu formæ tum accidentalis, tum
substantialis neq; potentia metaphysicæ quæ
est respectu existentiæ, sic materia prima ita
est pura potentia vt nihil actualitatis includat
neq; formam physicam neq; metaphysicam, quæ
est existentia.

Dicendum 2° videtur materiam non posse
existere sine forma aut aliquo supplente vicem
formæ, et contrarium implicare contradictionem.
Prob. implicat contradictionem dari effectum
formalem sine causa formali, vt dari albedinem
sine albedine: atqui materia existens est
effectus formalis existentiæ formæ, cum
omnem existentiam sumat a forma. Ergo
implicat quod materia sit existens sine forma,
Deinde si materia existeret sine forma
esset actu sine actu, esset actu quia existeret,
esset sine actu quia esset sine forma quæ est proprius
eius actus.

An materia appetat formas?

Appetitus duplex est alius elicitus qui cognitionem sequitur; alius innatus qui est inclinatio quaedam rei in suum bonum sine ulla praevia cognitione, et materia quidem non habet appetitum elicitum quia non fertur in bonum cum cognitione.

Dicendum videtur materiam habere appetitum ad formas innatum.

Probatur quia ad hoc ut in aliquo sit appetitus innatus ad aliud solum requiritur ut illud aliud sit ei bonum et illo careat; atqui forma est bona materiae et materia caret multis formis quibus potest ornari et perfici. Ergo.

Dicendum 2° videtur appetitum materiae distinguj à potentia eiusdem ratione et conceptu non tamen realiter.

Quod differant ratione patet quia appetitus comitatur privationem eius quod appetitur non autem potentia.

Quod autem non differant realiter patet quia cum ipsa potentia materia sit ei inclinatio in formam si eam accipias

prout connexam habet privationem formæ nihil ej decrit ad verum rationem et conceptum appetitus.

An detur forma substantiales

Dicendum videtur lumine naturali sufficienter cuiuj dari formas substantiales in compositis quæ nascuntur et intereunt.

Probatur Si forma omnes essent accidentales sequeretur omnia composita physica distingui tantum accidentaria quod est absurdum Ergo

Præterea videmus multas et diuersas esse rerum proprietates quæ non possunt in aliud referri, quam in diuersas essentias et formas substantiales. Ergo dantur forma substantiales.

Denique illa qualitatum diuersarum temperies quæ reperitur in mixtis non potest conseruari nisi a forma substantiali; quod patet in febricitantibus v. g: dum immodicus calor reducitur ad temperiem non aliunde quam a forma substantiali. Ergo dantur formæ substantiales

An detur modus unionis

Aliqui ex cogitauerunt inter materiam et formam

nexum quendam quem vocant modum
unionis.
Modus autem diversimodè illi authores
definiunt alij circa dicunt modos nihil
aliud esse quam determinationes quasdam
quibus una entitas ita afficitur erga aliam
ut nulla prorsus in ea remaneat
indifferentia.
Alij dicunt modum non esse aliud
quam id quod cum non sit directè in
praedicamento, nec sit pars alicuius entis,
complet tamen illud et perficit in suo
genere.
Alij denique censent illud omne esse modum
quod sine alio non potest existere neque
divina virtute non tamen contra.
Dicendum tamen videtur non interedere
inter materiam et formam modum unionis
substantialem ab iis distinctum sed eas
uniri seipsis formaliter quia una est
potentia alia actus.
Probatur modus unionis si daretur esset
accidens, atqui non potest esse accidens
Ergo non datur. maior probatur quia illa

est accidens quod est in subto inhæsionis: atqui ille modus unionis esset in subto inhæsionis, quod nihil aliud est quam esse in subto et non tanquam partem et impossibile est esse sine eo in quo est quod quidem verificatur de modo unionis.

Deinde. si modus unionis detur erunt quatuor principia generãonis nam principia generãonis sunt ea sine quibus generão nec esse nec concipi potest atqui sine unione materiæ et formæ generão esse non potest. Ergo modus unionis erit principium generationis præter tria vulgata.

Præterea modus unionis seipso unitur subto, et sine alio modo unionis. Ergo similiter forma substantialis seipsa unietur subto sine modo unionis superaddito.

Denigs si detur modus unionis velerit unicus, in materia et forma quod fieri non potest, cum nulla forma aqs immediatè recipiatur in duplici subto: vel erit duplex et hoc quoqs est impossibile cum unicus sufficiat, non est de ratione unionis coniungere et copulare duo extrema.

An totum distinguatur a partibus unitis

Prima sententia est eorum qui docent totum non distingui à partibus simul sumptis & unitis nisi ratione.

2ª Sententia est Thomistarum qui docent totum distingui a partibus simul sumptis et unitis, idq; realiter.

Dicendum videtur vtrumq; sententiam nobis videri aequè probabilem et consequenter neutram probari neutram improbari, sed vtrumq; problematicè esse sustinendam soluendo vtriusq; partis argumenta.

Probant Thomista quia nisi totum distinguatur à partibus simul sumptis et unitis non potest explicari quid in generatione generetur, et quid in corruptione corrumpatur, falsum consequens ergo et antecedens.

Respondetur quod in generatione hominis generatur totum quod quidem vt generetur sufficit vt ponantur requisita ad vnionem quæ sunt dispositiones materiæ et intima præsentia materiæ ad formam quamuis nulla pars substantialis produceretur.

Probant 2° omnis causa secundum rem

distinguitur ab effectu; atqui partes simul sumptæ et unitæ sunt causa totius, Ergo distinguuntur realiter ab illo.

Respondetur distinguendo maiorem, causa efficiens realiter distinguitur ab effectu, concedo; causa materialis vel formalis quæ sua entitate constituit effectum nego.

Probatur prima sententia. non potest assignari per quid distinguatur totum a partibus. Ergo non distinguitur. Probatur antecedens si totum distingueretur a Partibus vel distingueretur per se ipsum totum vel per partem quorum neutrum dici potest. Ergo.

Respondetur totum distingui à suis partibus se toto ad id quod contra obiicitur, si differret se toto, differret per quamlibet sui partem, respondetur. quod distinguitur se toto distributivo conceditur, quod distinguitur se toto perfecto et completo negatur distingui secundum quamlibet sui partem.

Probatur 2° si totum et partes realiter distinguerentur possent separari diuinitus et separatim existere falsum consequens ergo et antecedens.

Respondetur negando maiorem quia ea dumtaxat possunt separatim existere, quæ

non dependent a se essentialiter, totum
autem distinguatur a partibus tamen
ab iis pendet essentialiter, itaq; non potest
separari a partibus.

An detur et quid sit natura.

Nomen natura multipliciter sumitur. 1°
pro Deo opt. max. 2° pro tota rerum
vniuersitate. 3° pro essentia cuiusque rei
4° pro temperie corporis. 5° pro complexu rerum
naturalium et indita ipsis virtute naturali
per quam agunt. 6° pro nativitate et ortu
rerum. 7° pro interno et substantiali
principio per quod res moueri nonnulant et
quiescere.

Naturale item variè sumitur. Naturale
enim dicimus 1° quod non est supra leges
communes naturæ. 2° quod non est violentum.
3° quod non est voluntarium et liberum. 4°
quod est ingenitum non autem acquisitum
denique naturale dicitur quod constat natura.

Præter naturam dicuntur quæ præter
intentionem naturæ eueniunt.

Dari naturam clarius est quam vt probatione

indigeat quemadmodum enim evidentissimum est dari motum; ita aq; evidens est dari naturam quæ est principium motus.

Natura definitur à Philosopho principium primum et causa motus et quietis eius in quo est primo per se et non per accidens.

Natura duplex est. nam duplex est principium motus scilicet principium passivum quod est materia, et principium activum quod est forma.

De Arte

Nomine artis intelligimus hic omnem habitum operativum sive sit effectivus sive non.

Quæritur primo utrum natura præstet arte. Respondemus affirmative. nam natura est substantia, ars vero est accidens. Deinde ars producit tantum formas accidentarias, natura vero formas substantiales.

Quæritur 2° an ars possit efficere opera naturæ et præcipue utrum possit efficere aurum.

Nonnulli tuentur artem Chimicam posse facere

aurum verum et probatum.

Probant 1°. quedam animalia artis industria producuntur vt apes ex ventre bouis &c. Ergo aurum arte fieri poterit.

Respondetur negando consequentiam, experientia enim patet operosius esse aurum officere quam animalia ex putri materia gignere. 2° id nulla ex parte repugnat neqz ex parte materia neqz ex parte forma, neqz ex parte dispositionum. Si quæ enim dispositio non posset introduci maxime calor celestis: atqui calor igneus idem præstat atqz celestis.

Respondetur hoc argumento comprobari omnem formam etiam animalis perfecti posse produci: cum id non repugnet neqz ex parte materia neqz forma neqz dispositionum. Deinde calor celestis non potest suppleri quoad omnia per igneum calorem.

Tertio suadetur hac sententia variis historiis quibus patet multos aurum effecisse.

Verum his respondetur vel chymistas effecisse tantum aliquid per similitudinem auri

vel certè aurum fecisse non arte sed casu.

Alij vero docent verum aurum arte chymica confici non posse.

Probant 1° experientia qua constat multos in eo studio insudasse nullum tamen artem reperüsse quâ aurum certò fieret. Deinde si aliquid auro simile fecerunt non tamen verum aurum quod ex eo constat, quod verum aurum rubiginem nunquam contrahit habetq; vim confortandi cor, aurum vero chymicum minimè.

Respondetur experientiam aque fauere vtriq; sententiæ: verum est autem quod aurum chymicum non est ita perfectum ac minerale, quare nec ita perfectas habet proprietates.

Probant 2° ratione. quia omnia metalla à principio mundi in viceribus terræ fuisse condita a Deo, quare agentia naturalia non habent vim ea producendi et multo minus ars id potest.

Respondetur negando illud si quidem omnis forma materialis est generabilis excepta forma cæli et syderum.

Probant tertio quia res perfectiores non nisi

a suis causis naturalibus produci possunt.
aurum autem est perfectissimum metallorum
Ergo.

Respondetur negando antecedens. Ignis enim
est perfectissimum elementorum et tamen
multis viis ~~debet~~ potest produci.

Probant 4° quia materia apta ad aurum
ignoratur. nam sulphur et mercurius
habent proprietates omnino oppositas
proprietatibus auri.

Respondetur inde probari tantum
mercurium et sulphur non esse materiam
proximè dispositam sed disponendam
sicut varij cibi conuertuntur in carnem
cum qua non multum conueniunt.

Quæritur 5° quomodo ars dicatur imitari
naturam.

Respondeo in eo quod opus artis sicut
opus naturæ constat ex materia et forma
Deinde quia nec natura nec artifex
opus suum statim perfectum reddit.
Denique quia agens per naturam produci
aliquid simile forma sua naturali, agens
etiam per artem producit aliquid simile

forma sua intellecta.

Quid sit causa.

Causa definitur illud omne à quo aliud propriè et perse pendet.
Ab aliis definitur principium perse influens esse in effectum.
In causa quatuor reperiuntur. 1um est entitas ipsius. 2um est virtus causandi. 3um est ordo et ~~rela~~ relatio ad effectum productum. 4um causatio siue causalitas quæ est influxus causæ in effectum per quem causa constituitur in ratione causæ.

Quotuplex sit causa & Ae Exemplar

Dicendum videtur esse admittenda quatuor genera causarum ab Arte assignata nimirum materiam, formam, efficiens, et finem.
Prob. tot sunt genera causarum, quot quari possunt. cum causa rei petitur: at quatuor quari possunt. cuius gratia, cui respondet finis: à quo est, cui Respondet efficiens: ex quo est, cui respondet materia: per quid est, cui respondet forma.
2° plures effectus indigent his quatuor causis. Cum enim non sint à seipsis indigent efficiente,

efficiens autem operatur propter finem
et indiget materia, forma quoq; est necessaria
quæ in generatione adveniat et in corruptione
deperdatur.
Dicendum 2° videtur ideam seu exemplar
esse veram causam.
Prob. quia multa sunt quorum causa ab
exemplari alia nulla affertur, vt si
quæras cur statua et imago sit eiusmodi
non potest responderi aliud nisi quia
tale erat exemplar.
Dicendum 3° videtur non imperito a
Platonicis quatuor causarum generibus addi
quintum scilicet causa exemplaris tanquam
distinctum a cæteris.
Prob. illud est distinctum causa genus
per quod respondetur ad distinctam
quæstionem in qua causa rei petitur,
atqui quari potest de aliquo cuius
instar sit factum cui non responderi
potest nisi per exemplar.
Deinde prob. causa diuersæ sunt pro
diuersitate causalitatum sed causalitas

exemplaris diuersa est ab aliarum causalitatibus.
causalitas enim exemplaris consistit in quadam
imitatione passiua siue in eo quod artifex
propositum exemplar imitetur qua causalitas nulli
alteri conuenit. Ergo.

Nota causas sic posse diuidi immediate, vt 1.° diuidatur causa in internam et externam. interna rursus in materiam et formam: externa vero diuidatur in efficientem exemplarem et finalem.

Quomodo causæ sint sibi inuicem causæ

Causæ possunt sibi inuicem esse causæ vel in eodem genere vel in diuerso.

Dicendum videtur finem esse causam efficientis quoad causationem, et contra efficientem esse causam finis quoad esse non quoad causationem.

Prior pars prob. quia finis est causa. euragens operetur.

Secunda pars prob. quia efficiens vel producit finem vt medicus sanitatem, vel finem iam productum adipiscitur vt mercator pecuniam:

Non autem est causa cur finis moueat.

Dicendum 2° videtur mriam & frmam corpoream esse sibi inuicem causas quoad esse. Probatur quia materia sustentat formam qua ab ea dependet in suo esse, forma etiam largitur esse materiæ qua non habet propriam existentiam.

Dicendum 3° videtur causas quæ debent existere vt causent non posse esse sibi inuicem causas in eodem genere causæ.

Probatur quia duæ materia non possunt esse sibi inuicem materia ita vt vna sustentet aliam, nec duæ forma se inuicem informare nec causa efficiens aliam producere quasi ut efficiens quia existeret antequam existeret, existeret quia produceret effectum, non existeret quia ab eo produceretur.

Causæ etiam finales forte non possunt esse sibi inuicem causæ eodem & respectu.

Quomodo forma fiant ex Materia.

Communis sententia est formas educj de potentia materiæ nihil aliud esse quam fieri dependenter à materia in qua continebantur potentiâ.

Prob.
Secunda sententia est formas quidem fieri ex materia per eductionem, sed tamen ita vt in ea præexistant non tantum potentia passiua et receptiua sed etiam secundùm aliquam sui inchoationem siue semen.

Dicendum videtur formas non educj de materia sinu nisj in ea plusquam potentia passiua, nimirum secundum suj semen et inchoationem aliquam ante delitescant.

Prob. Præcedere secundum suj semen et procedere secundum aliquam inchoationem atquj experientia constat multas formas non educj ex materia, nisi præcesserint in ea secundum suj semen. Ergo &.

Nec dicas id esse verum duntaxat in formis animalium et viuentium non autem in aliis.

Nam videmus etiam formas inanimatorum vt lapidum et metallorum habere suj semina cum non vbique nascantur, sed vel in lapidicinis vel in fodinis.

2.° Probatur eductio importat fieri dependenter ab alio, in quo continetur vel potentia sola, vel secundum aliquam inchoationem: atqui non potest dici quod id quod educitur contineatur sola potentia passiua; quia vt aliquid vere educatur debet vere prahaberi, atqui prahaberi sola potentia passiua non est vere prahaberi sed posse prahaberi, Ergo vt aliquid vere educatur debet prahaberi plusquam potentia passiua.

Prob. 3.° si forma eruantur ex sola potentia passiua fiunt ex nihilo sui; atqui non possunt virtute naturali causarum fieri ex nihilo sui. nam non minus est difficile formam fieri ex nihilo sui quam ex nihilo subti, nam ideo tantum non possunt fieri ex nihilo subti quia transirent à non esse ad esse qui transitus est inter infinitè distantia: atqui si forme fierent ex nihilo sui transirent etiam à non esse ad esse. Ergo &c.

Nota quod vocamus semina inchoationes formarum quia semina videntur medium quid inter puram potentiam et actum perfectum. huiusmodi autem medium est actus imperfectus aut determinatio ad actum perfectum; nam semina determinant

materiam ad talem formam.

Nota has inchoationes posse ita explicari vt sint vel forma elementorum refractæ vel forma quædam mixtionis quæ resultant ex mixtione elementorum accommodata ad naturam mixti producendi. Respectu vero elementorum eiusmodi inchoatio est forma corporeitatis iuncta quibusdam qualitatibus.

Dicendum videtur cum Thomistis communiter formas caloris et elementorum in prima rerum conditione non fuisse eductas.

Prob. educi non tantum est fieri dependenter a materia eo instanti quo forma fit, sed necesse est, vt subtum transmutatur et non simul producatur: atqui actio qua productæ sunt forma caloris et elementorum non transmutauit materiam præexistentem, sed simul produxit et formas, et subtum formarum Ergo non fuit eductio.

Detur forma corporeitatis.

Dicendum videtur admittendam esse in materia formam corporeitas coaeuam materiæ ab eaq; inseparabilem.

Probatur gradus corporis non potest esse in materia nisi a forma corporeitatis, atqui datur gradus corporis perpetuus et inseparabilis in materia

nam materia semper est corpus de genere quantitatis, cui substat corpus de genere substantiæ. Ergo.

Deinde accidentia non adveniunt nisi enti in actu substantiali, atqui dispositiones debent advenire materiæ antequam cum ea formam particularem. Ergo dispositiones adveniunt materiæ quæ est ens in actu per aliquam formam substantialem quæ antecedat omnes formas particulares et hæc non est alia nisi forma corporeitatis.

De causalitate materiæ & formæ.

Materia et forma possunt spectari vel ut principia vel ut naturæ, vel ut causæ.

In materia tria possunt considerari, entitas eius, virtus causandi et causalitas.

Dicendum videtur causalitatem materiæ tum respectu formæ, tum respectu compositi, non dicere aliquem modum ipsi superadditum sed ipsius entitatem ut sustentantem formam & esse communicantem composito.

Prob. quia modus unionis non datur ut vidimus Ergo non potest esse causalitas materiæ ut quidam dicunt.

Deinde prob. quia si sustentatio formæ (quæ causalitas materiæ) esset accidens superadditum

fma
materia maxime quidest separabilis à materia, Ergo
debet forma sustentarj per aliquam entitatem distinctam
atqui istud fundamentum est ruinosum, nam si
valeret, sequeretur quod ipsa sustentatio forma
deberet sustentarj à materia per entitatem etiam
distinctam; nam ipsa sustentatio potest separarj à
materia sicut forma cuius est sustentatio, quod cum
sit absurdum et inuehat infinitatem entitatum,
dicendum quod sicut sustentãs fma licet sit
separabilis à mria tamen sustentatur se ipsa, sic etiam
forma licet separabilis a materia, tamen seipsa
sustentatur sine entitate superaddita.

Forma est quæ dat esse rei nimirum actuando et
informando materiam.

Alij definiunt formam est, inquiunt, actus substantialis
vnum per se cum materia constituens.

Quæritur an plures forma non subordinatæ possint
eamdem materiam informare.

Respondeo duas formas nulla ratione posse informare
simul eamdem materiam quia forma substantialis
est terminus materiæ vltimatus, at idem non potest
simul habere duos terminos vltimos.

De causa efficiente.

Causa efficiens est id vnde ℞ vel a quo primum principium motus et quietis.

Dicendum videtur causalitatem efficienti esse eius actionem nonquidquam aliud.

Prob: quia causalitas est id quo posito causa fit actu causa et ℞ actu dutesse effectui, talis autem est actio, Ergo.

Dicendum 2°: videtur actionem non distinguj realiter ab agente et termino intrinseco, sed ratione et connotato duntaxat.

Prob. sicut ab aduersarijs dicitur actio immediate egredi ab agente et media actione effectus sic a nobis seipso dicitur effectus egredi ab agente: non enim difficilius est concipere effectum seipso egredi ~~a~~ causa quam actionem immediate egredi ab ea.

Deinde non sunt multiplicanda entia sine necessitate, at nulla est necessitas inducenda illius entitatis media inter causam et effectum.

Praterea. Creatio est actio quedam, atqui creatio non est aliquid distinctum a Deo et creatura, nam non potest assignari in quo reciperetur illa entitas distincta; non enim in creatura qua

est posterior creatione.

Denique probatur si calefactio sit entitas distincta ab igne et calore producta, posset calor vnius subti et subtum tamen non calefieri, quia non interueniret illa entitas in vnione caloris ad subtum, quod tamen est absurdum dari ninnirum motum ad calorem et non dari calefactionem.

Inde patet solutio difficultatis an actio transiens recipiatur in agente, an vero in passo.

Respondemus enim quod effectus vt respicit agens a quo egreditur vocatur actio, vt vero respicit passum in quo recipitur, dicitur passio. vel quod virtus agentis prout connotat effectum a se egredientem est actio, prout vero effectus passiue recipitur in subto vel vt recipit esse ab agente est passio.

Quotuplex sit causa efficiens.

Efficiens aliud per se, aliud per accidens, efficiens per se est quod per se influit: per accidens autem quod per se non influit sed coniungitur cum causa per se influente, &

Item causa efficiens diuiditur in physicam quae habet influxum physicum in effectum

et in modalem qua habet tantum concursum modalem in effectum.

Efficiens etiam aliud est vbi cuius virtus extenditur ad omnes vel ad plures effectus, aliud particulare cuius virtus respicit certam speciem effectuum.

Efficiens aliud est aequivocum quod est diversa rationis et univocum quod est eiusdem rationis cum effectu.

Item aliud est totale quod in suo ordine habet influxum sufficientem in effectum, aliud partiale quod non habet influxum sufficientem.

Denique aliud est efficiens principale quod non indiget motori quasi improportionatum effectui vel quod agit in virtute propria, aliud instrumentarium quod non agit nisi motum et in virtute alterius.

Quaeritur an instrumentum necessario debeat aliquid recipere a causa principali

Dicendum videtur instrumentum non agere nisi motum a principali agente

Probatur ab instrumentis artium debemus
inuestigare naturam omnium instrumentorum,
atqui instrumenta artium non agunt nisi mota
a principali agente. Ergo &.

Deinde instrumentum cum sit inferioris ordinis,
et improportionatum effectui effectum non producit,
nisi eleuetur a causa principe, atqui instrumentum
ex non eleuato et improportionato non potest fieri
eleuatum et proportionatum nisi aliquid recipiat
ab agente principali, Ergo &.

Denique Prob. instrumenta operum supernaturalium
vt aqua baptismi, oleum &. sunt res naturales,
atqui res naturales non possunt attingere effectus
supernaturales nisi accipiant virtutem aliquam
a Deo. Nam debent aliquo modo continere
effectus supernaturales, qui a se exeunt, saltem
imperfecte, atqui eos non continent nisi per
virtutem acceptam a Deo, Ergo &.

An causis secundis insit propria vis agendi.

Dicendum videtur creaturis inesse virtutem
propriam agendi.

Prob quia si creaturæ non haberent virtutem

propriam agendi, sed Deus omnia produci ad presentiam causarum secundarum., inde sequitur quodlibet posse produci a quolibet, neque assignari potest ratio, cur ad producendum leonem opus sit altero leone potius quam gallo gallinacco.

2° contraria sententia euertit omnem scientiam nam scientia est cognitio rei per causam necessariam, atqui secundum hanc sententiam nulla datur causa necessaria, sed omnia producuntur a solo Deo qui est causa liberrima.

3° cum hac sententia eripiat homini vim agendi liberam funditus euertit rationem viri et virtutis, aequitatem premiorum et supplitiorum.

Denique nulla est ratio denegandi creaturis vim agendi propriam, cum virtus agendi subordinata et dependens a Deo, et ad effectus finitos producendos nihil includat pugnans cum ratione creaturae.

Dicendum 2° videtur accidentia esse principium immediatum attingens productionem formae substantialis.

Prob. omne agens agit in patiens quatenus est illi contrarium, atqui substantia non est contraria immediate per se ipsam patienti

sed solum per adiuncta sua qualitates, Ergo agit tantum per suas qualitates et accidentia.

Declaratur autem nostra sententia praecipuè experientia qua constat multas formas substantiales produci vbi nulla alia forma substantialis adest, sed sola accidentia, vt in visceribus terræ aurum gignitur virtute solis. &c.

An agens debeat agere per medium

Duplex est contactus vnus appositi, quando agens et patiens immediate se tangunt, alter virtutis quando agens tangit patiens sua virtute.

Dato nullum agens posse agere in aliquod subiectum nisi illud sit intra sphæram activitatis ipsius, ita autem vocatur spatium intra quod agens potest agere, et extra quod agere nequeat.

Dicendum videtur non posse agens naturale agere in distans nisi prius agat in medium.

Prob. experientia qua videmus nec solem, nec ignem illuminare aut calefacere corpus distans, nisi prius agant in medium, Ergo &c.

Deinde probatur si virtus agentis non debeat per medium diffundi poterit agens agere ad quamcunq; distantiam. sicut si vt accedam Romam

non esset percurrendum spatium interiectum perinde esset mihi sive illud spatium esset longum vel breue, ita si agens nihil agat in medio aque facile attinget passum remotissimum, ac attingit propinquum

Prob. autem a priori. est immediatus ordo inter causam effectricem et effectum quoad esse, quia effectus immediate procedit à causa effectrice vel eius virtute, Ergo est immediatus ordo quoad esse hic vel ibi. Ergo vbi est effectus, ibique est causa vel virtus causa.

An idem effectus possit produci a Duabus causis totalibus

Causa totalis est que sufficientem adhibet concursum. vt ponatur effectus cum tota sua perfectione.

Dicendum videtur non implicare contradictionem eundem effectum prodire à duabus causis totalibus eiusdem ordinis et generis simul operantibus.

Prob. sape actio habet duplicem finem totalem quorum vni ~~tam~~ soli posito ponereturactio vt deambulatio ob sanitatem

et delectationem, Ergo potest habere duplicem efficientem causam saltem de potentia Dei absoluta.

De causa finali et quae sit eius Causalitas

Dicendum videtur causam finalem esse veram causam.

Probatur ea est vera causa a qua effectus vere dependet, atqui effectus vere dependet a causa finali: imo sunt aliqui effectus quorum nulla alia causa potest assignari praeter finalem ut sumptio medicinae propter sanitatem.

Dicendum 2° videtur causalitatem finis non consistere in actione agentis, puta voluntatis, sed in motione quadam praevia et antecedente actionem agentis.

Patet quia sicut causa finalis est prima omnium causarum ita eius causalitas antecedit alias causalitates Ergo antecedit actionem agentis, et causalitatem.

Deinde si causalitas finis esset actio, sicut causalitas finis, seu motio est prius quam agens moueatur (cum sit causa formalis eius quod agens moueatur) ita actio agentis esset prius quam agens moueretur, atqui hoc est absurdum Ergo &.

Denique causalitas finis est notio metaphorica
atqui nullus est qui non experiatur se
prius moueri et attrahi bonitate finis,
antequam agat propter finem. Ergo causalitas
finis antecedit actionem.

Quasit virtus causandi finis

Omnes conueniunt bonitatem finis esse
virtutem et rationem qua finis mouet, solùm
est controuersia an bonitas finis moueat
secundum esse reale an vero secundum esse
cognitum duntaxat.

Dicendum videtur bonitatem finaliter
non mouere secundum esse cognitum sed
secundum esse reale quod habet extra
animam, aut saltem quod putatur habere
esse vere cognitum esse conditionem sine qua
non moueret.

Prob. Secundum illud esse finis mouet
secundum quod intenditur et desideratur
et secundum quod quietat appetitum, atqui
finis intenditur et desideratur non
secundum esse cognitum sed secundum esse

quod habet extra animam. aut quod putatur habere. Ergo &. Prob. minor quia illud non intenditur quod iam habetur atqui finis iam habetur secundum esse cognitum et apprehensum. Ergo secundum illud esse non intenditur.

An Deo conueniat agere propter finem.

Dicendum videtur quod Deus neq; sui ipsius, neq; actionum ad intra, sive essentialium sive notionalium habet finem.

Prob. Deus nullam sui habet causam. cum sit ens omnino independens. Ergo neq; causam finalem habet.

Deinde si Deus haberet finem haberet etiam efficiens cum finis sit cuius gratia efficiens operatur, atqui Deus qui est primum efficiens non habet causam efficientem. Ergo.

Secunda pars conclusionis patet nam actiones Dei ad intra sunt ipsa Deus, Ergo sicut Deus ipse non habent causam finalem.

Dicendum 2° videtur quod cum Deus agit

ad extra operatur propter finem sui effectus, et sua actionis si ipsa sit formaliter transiens non vero si sit formaliter ipsa volitio divina.

Prob. quidquid habet causam efficientem habet et finalem, atqui effectus Dei habent causam efficientem. Ergo habent finalem quae non est alia a bonitate divina, quod patet quia cum Deus sit agens perfectissimum debeatq; perfectissimum finem intendere non potest ad perfectiorem finem dirigere et ordinare suos effectus quam ad suam bonitatem.

2a vero pars conclusionis patet quia si actio Dei ad extra sit formaliter transiens erit accidens receptum in creatura, eritq; creatura etiam, atque ideo habebit finem sicut creatura. Si vero talis actio Dei maneat formaliter in Deo est ipse Deus et proinde non habet finem.

Quomodo homini conueniat agere propter finem.

Dicendum videtur amorem et intentionem

finis esse propter finem.

Prob. quæ actiones exercentur ab homine non temere, nec otiosè operante illæ sunt propter finem atqui amor et intentio finis exercentur ab homine non temere nec otiosè operante. Ergo sunt propter finem.

Deinde prob. illæ actiones sunt propter finem quas agens exercet motum et excitatum a fine atqui agens quia homo exercet huiusmodi actiones motum et excitatum a fine. : a quo enim alio homo excitatur ad amorem et intentionem finis quam ab eius bonitate. Ergo. &

Dicendum 1° videtur hominem posse simul intendere duos vltimos fines negatiue sed non duos positiue.

Patet nam vltimus finis negatiue dicitur qui ad alium non refertur, positiue autem qui ad alium non refertur, et ad quem cætera suapte natura referuntur: atqui potest homo intendere duos fines puta diuitias et honores non referendo vnum ad aliud Ergo. potest intendere duos vltimos fines negatiue.

at non positivè quia ex hoc ipso quod unum non refertur ad aliud iam istud aliud non est ultimus finis positivè.

De Casu et fortuna.

Illud est discrimen inter casum et fortunam quod casus significat illud omne quod contingit praeter intentionem naturæ, si modo raro fiat; fortuna autem tribuitur solis causis liberis quæ per electionem operantur.

Intellige autem dari casum et fortunam respectu causarum secundarum, nam respectu Dei nihil est fortuitum, aut casuale.

Quæritur an natura in agentibus necessariis ferrere et casu operetur.

Resp. negative, nam quæ fiunt casu & fortuna raro eveniunt, at quæ fiunt à causis naturalibus frequenter; imo semper eodem modo eveniunt, ut renovatio rempestatum &c.. Ergo ea non geruntur fortuito.

Monstrum in genere dicitur excursus omnis vel aberratio a Lege, et fine debito, unde

cum sint tres leges, artis, naturæ, et rationis,
triplex etiam constituitur monstrum. cum quis
deviat vel a lege artis, vel rationis, vel naturæ.
Monstrum in natura est quæ natura insigniter,
et insolenter degenerans ab assueta suæ speciei
conditione.

Varia monstrorum genera. fiunt enim vel in
sexu, vel in quantitate, si illa quater modum
pusilla sit vel magna, vel in tempore, ut si
puer nascatur barbatus, vel in de ordinatione
partium vel in numero earum.

Causæ autem monstrorum sunt plures, ut vitium
formatrix seminis ut aevis imaginatio fœminæ,
ut copia, vel inopia materiæ.

De Fato.

Fatum antiquis erat sempiterna quædam et
indeclinabilis series effectuum provenions ex causis
si ipsas implicantibus per æternos ordines, et consequentias.
si autem velimus uti nomine fati, debemus ipsum
mitigare, et naturam eius explicare iuxta definitionem
Boetij, fatum, inquit, est immobilis dispositio
rebus mobilibus inhærens per quam divina

providentia suis quaqs nectit ordinibus.

Quid sit Locus.

Locus definitur ab Arle, superficies corporis ambientis prima et immobilis.

A Platonicis vero locus dicitur spatium recipiens corpora eisqs coextensum, quod spatium vocant interuallum.

Dicendum videtur quamuis probabilis sit opinio quadocet locum esse interuallum, tamen probabilior est sententia Arlis quadocet locum esse superficiem corporis ambientis &c.

Prima pars patet eo quod soluuntur omnia argumenta quæ proponuntur contra illud interuallum.

Secunda pars prob. quia omnes conditiones loci iuimirum continere locatum, adequari locato, terminare motum localem melius conueniunt superficiei continenti, quam interuallo. Ergo locus melius dicitur esse superficies corporis ambientis, aut aliquid aliud.

Locus diuiditur in internum qui est spatium quod
à re locata occupatur, et externum qui est superficies
corporis ambientis prima et immobilis.
Diuiditur etiam locus in communem qui plura
corpora continet, et proprium qui vnum tantum
corpus capit.
Diuiditur quoque in totalem qui est adæquatus
toti locato, et partialem qui tantum locati
partem continet.
Denique diuiditur in circumscriptiuum et
definitiuum eo quod res duobus modis sunt
in loco nimirum circumscriptiuè, cum ita sunt
in loco vt totum locatum respondeat toti loco
et partes locati respondeant partibus loci:
et definitiuè quod est ita esse in loco vt totum
locatum sit in toto loco et totum in qualibet
parte loci.

An detur vbi intrinsecum

Dicendum videtur modum vbi intrinsecum
esse fictitium et inutilem et reiiciendum.
Prob. contra aduersariorum argumenta.
primò illa forma est commentitia cuius

nullus potest assignari effectus formalis, qui
ea posita necessario ponatur, atqui nullus
effectus huius formæ potest assignari:
quod prob. nam 1.° non requiritur ut
terminet motum localem siquidem motus
localis non est productivus formæ
intrinsecæ. 2.° non requiritur ut res-
ficiat præsens tali loco, quia sic deberet
etiam admitti forma intrinseca per-
quam res fieret præsens tali tempori. 3.°
non requiritur non requiritur ut abea-
denominantur denominationes quibus terra
dicatur esse hic potius, quam alibi, si
cætera sint annihilata, nam tunc terra
non esset hic aut ibi sed nullibi; neqs
haberet relationes distantiæ aut propinquitatis
ad alia corpora quæ essent annihilata
Ergo nullus effectus huius formæ et modi intrinseci
potest assignari, ergo non ~~non~~ est
admittendus.

Deinde cum illud vbi non pendeat ab vllo
extrinseco, siquidem omnibus annihilatis
posset terra retinere suum vbi; hinc

sequitur quod illud vbj poset deferrj quod quidem est absurdum; nam post motum localem res esset in eodem loco siquidem haberet idem vbj.

Nota, vbj, esse denominationem extrinsecam petitam à loco extrinseco sicut, quando, est denominatio extrinseca petita à tempore coexistente. Nam quarenti vbj sit Petrus respondemus per extrinseca, nimirum per esse in foro, in templo.

An duo corpora possint esse in eodem loco.

Dicendum 1.° videtur repugnare viribus naturæ duo corpora perfecta simul esse penetratiue in eodem loco.

Prob. experientia qua constat corpora siue crassiora siue tenuiora sese non-pati in eodem loco.

Patet etiam ratione, nam sicut proprium est corporis occupare locum ita ne confusio sequatur, diuersorum corporum proprium est diuersum occupare locum, et ita sese non penetrarent.

Deinde corpus quod est in loco circunscriptive habet partes extra partes. Ergo sicut partes excludunt alias à suo loco, ita etiam excludunt partes cuiuscunq; alterius corporis et ita manent impenetrabiles.

Dicendum 2° videtur non repugnare divinæ potentiæ quominus duo corpora se penetrent in eodem loco in recq; nullam apparere contradictionem.

Probatur quia non implicat impenetrabilitatem tolli a corpore et quantitate, cum sit eius proprietas dumtaxat: natura enim quantitatis est habere partes in se distinctas, deinde distinctas quoad locum et impenetrabiles; atqui proprietas potest diuinitus separari à subto.

Deinde prob. quia fieri potest diuinitus vt res manens impenetrabilis naturaliter ab alio tamen supernaturaliter penetretur sicut non repugnat id quod est importabile puero manens puero importabile à gigante feratur.

Deinde corpus resistit penetrationi resistentia

finita quæ potest diuina virtute
superari.

An idem corpus possit simul esse in duobus locis.

Dicendum videtur vnum idemq; corpus
posse diuina virtute poße in duobus locis
circumscriptiuè constitui, in eoq; nullam
apparere contradictionem.

Prob. vnum et idem numero corpus esse in duobus
locis circumscriptiuè, non repugnat nec ex parte
corporis quanti, cuius identitas vel distinctio
petitur à principiis intrinsecis non vero à loco
qui est quid penitus extrinsecum: quamuis
ergo idem corpus sit in pluribus locis non
destruitur eius vnitas. neq; repugnat ex modo
essendi in loco circumscriptiuè quia vt aliquid
ita sit in loco sufficit vt totum corpus respondeat
toti loco et partes locati respondeant partibus loci
at quamuis vnum corpus esset in duobus locis
circumscriptiuè esset tamen in quolibet, ita, vt
totum responderet toti loco et partes responderent
partibus loci ergo esset in vtroq; circumscriptiuè.

2° Prob. conclusio corpus Christi est presens circumscriptiuè in cælo et sacramentaliter in altarj, atqui Deus potest separare ab humanitate Christj præsentiam illam sacramentalem et tribuere ipsi præsentiam connaturalem qua circumscriptiuè sit in altarj. Ergo tunc esset in duobus locis circumscriptiuè.

Tertiò Prob. Deus potest collocare duo corpora in vno eodemq; loco ergo etiam poterit constituere idem corpus in duobus locis; nam non minorj necessitate corporum multitudo postulat pluralitatem locorum quam vnitas corporis vnitatem loci.

In qua conueniant corpora in vno loco conueniant in alio.

Dicendum 1°. videtur probabile esse prædicata absoluta a loco id est quæ non dicunt ordinem ad locum, eadem necessario conuenire corporj in duobus locis existentj.

Prob. quia alioquin sequeretur prædicata contradictoria verificarj simul de eodem puta si aliquis potest esse cæcus et videns, morj et viuere, dolere, et non dolere in ~~vno~~ diuersis locis, atqui hoc est absurdum. Ergo

Prob. 2° contradictio est affirmatio et negatio in eodem tempore eiusdem predicati de eodem subto, atqui si de Petro existente in duobus locis affirmaretur quod viueret et non viueret, daretur pro eodem tempore affirmatio et negatio eiusdem predicati de eodem subto. Ergo esset vera contradictio.

Dicendum tamen 2° videtur probabile valde esse non implicare contradictionem quod idem corpus sit calidum in vno, et non calidum in alio, viuat in vno et moriatur in alio loco.

Primo quia accidentia respectiua ad locum, vt sedere, non sedere, moueri et quiescere, possunt contradictoria et contraria in diuersis locis de eodem affirmari, Ergo etiam alia accidentia absoluta a loco poterunt contradictoria affirmari. nam quamuis non sint immediate pendentia a loco, mediate tamen sunt pendentia, puta esse calidum et frigidum pendent ab approximatione ignis vel niuis &c.

2°. quia in contradictione subtum debet esse idem quoad omnes conditiones quibus subest

quatenus est subtum, atqui subtum non subest. prædicati contradictorii nisi sit in aliquo loco quemadmodum illis non subest nisi sit in aliquo tempore.

3° in contradictione nihil debet negari nisi quod affirmatur et iidem termini debent esse in negatione qui in affirmatione ponuntur. Ergo contradictoria illius, petrus viuit Romæ, est ista, petrus non viuit Romæ, non vero hæc, Petrus non viuit Parisiis. alioquin enim vni affirmationi responderet non vna sed duplex negatio vt contradictoria quod falsum est.

Vnde respondetur ad argumenta prima conclusionis. Ad 1um quidem negando ista prædicata esse contradictoria quia nimirum non sunt de eodem subto quoad eundem locum. Ad 2um similiter dicendum non esse ibi affirmationem et negationem de eodem subto quoad omnia scilicet quoad eumdem locum

An Possit dari vacuum.

Vacuum est locus carens corpore aptus tamen
replerj.

Dicendum videtur non dari vacuum in rerum ___
natura illudq; multum naturam refugere.
Probatur variis experientiis quibus patet gravia
moverj sursum et levia deorsum contra propriam
inclinationem vt resistant vacuo.
Deinde Prob. ratione nam vacuum impedit ___
vnitatem mundj qui non est vnus nisi connexione
ordine et mutua adhasione partium qua ___
tolleretur vacuo. Ergo tanto conatu natura ___
resistit vacuo quanto nititur conservare suam
vnitatem: praterea vacuum impediret ___
communicationem et transfusionem influxuum ___
celestium quibus hic mundus inferior conservatur.
Ergo &c.

An posset fierj motus in vacuo

Licet vacuum non possit dari naturaliter potest
tamen divina virtute.
Dicendum videtur probabilius videri non ___
repugnare motum in vacuo.
Prob. quia si repugnaret motus in vacuo ___

maxime quia deberet fieri in instanti defectu resistentia medij, atqui hoc non impedit. nam licet non haberet eam successionē quæ petitur à resistentia medij haberet tamen illam quæ petitur à limitatione virtutis motiuæ, et à distantia terminorum. item licet ille motus non terminaretur ad superficiem ambientem, tamen posset terminarj ad spatium capax corporum et ad varium situm et positionem.

Nullum autem est dubium quin saltem diuinitus posset fieri motus in vacuo.

Quid sit motus

Aristoteles duas tradidit definitiones motus. 1ª ita habet: motus est actus entis in potentia quatenus in potentia. 2ª est eiusmodj; motus est actus ~~entis in pot~~ mobilis quatenus mobile est. quæ quidem definitio traditur per terminos magis notos et conuetos quam prima tradatur.

Dicendum videtur 1ª am definitionem motus secundum rej veritatem non conuenire

mutationibus instantanais.

Prob. ex ipsa definitione motus qui ita definitur vt pateat ex eius definitione ipsum relinquere subtum in potentia ad formam, sed mutatio instantanea non relinquit subtum in potentia: nam eodem instanti quo datur mutatio instantanea subtum habet suam formam secundum esse perfectum. Ergo non est amplius in potentia ad illam. verbi gratia. eo instanti quo est illuminatio eodem instanti est lumen.

De terminis & unitate motus.

Dicendum videtur cum philosopho motum tantum terminari propria adtria praedicamenta quantitatem, qualitatem, et vbi.

Prob. nam in iis tantum praedicamentis potest reperiri latitudo successiue decurrenda inter terminos oppositos puta plures partes spatii in motu locali, item variae partes quantitatis in accretione, varii gradus qualitatis paulatim acquirendi in alteratione;

ideo in iis prædicamentis dantur mutationes successiuæ et continuæ ut alteratio in qualitate accretio in quantitate, motus localis ad vbi.

Patet etiam indirectione per alia prædicamenta in quibus non datur motus.

Quæres a quo petatur vnitas et distinctio motus.

Respondetur, vnitatem quidem generica petij ex termino ad quem: vnitatem vero specificam petij adæquate ex termino ad quem. et modo tendendj in eum. Ad vnitatem vero numericam motus tria concurrunt nempe vnitas mobilis seu subjj, vnitas formæ, vel termini et vnitas temporis in quo fit motus.

Quid sit et quotuplex duratio.

Duratio solet definirj permanentia rej in suo esse. Nam cum duratio addat aliquid existentiæ nihil aliud addere conceptj potest præter moram. et extensionem quandam.

Dicendum 1°. videtur durationem posse diuidj
in creatam et increatam.

Patet. nam sicut nullum est ens medium
inter Deum et creaturam, ita nulla est
duratio media inter durationem quæ congruit
Deo et durationem quæ congruit creaturæ.

Dicendum 2°. videtur durationem creatam
posse subdiuidj in æuum et tempus adquæ
species alia durationis creatæ reuocentur.

Patet. nam æternitas participata quæ est
duratio visionis beatificæ potest reuocarj ad
æuum quod etiam dicj potest de tempore
discreto quod est mensura cogitationis angelicæ
nam utrumq; licet habeat initium potest tamen
semper durare: instans autem permanens quod
mensurat esse rerum corruptibilium et
permanentium potest reuocarj ad tempus cum
eiusmodi entia quandam successionem
inuoluunt.

De æternitate.

Dicendum videtur quod æternitas vere et formaliter est durão, ita vt durão sit velut eius genus et ratio communis.

Prob. quia duratio est perfectio simpliciter simplex, melior enim est ipsa quam non ipsa, melius etenim durare, et persistere in esse quam non persistere. Ergo reperitur formaliter in Dei æternitate.

Dicendum 2° videtur æternitatem bene definiri à Boetio æternitas est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio.

Patet quia hæc definitio optime distinguit æternitatem à quacunq; alia duratione, et ab ea remouet omnes imperfectiones durationis nimirum terminabilitatem, successionem et quod imperfectè mensuret rem durantem

An ullum sit duratio successiua.

Dicendum videtur ullum et omnem durationem creatam essentialiter includere

successionem, et consare priori et posteriori tanquam partibus intrinsecis.

Prob. duratio cui conuenit magis et minus non est indiuisibilis sed successiua, atqui durationi angelicæ scilicet æuo conuenit magis et minus vt patet nam si Deus annihilaret vnum angelum minus duraret cæteris Ergo æuum non est indiuisibile.

Deinde Prob. vbi aliqua duratio est tota simul ibi sunt simul et semel inseparabiliter fuisse esse et futurum esse sed ista non sunt simul et semel inseparabiliter in æuo. Patet, nam si æuum simul haberet ista tria, fuisse esse et futurum esse iam implicabit ipsum æuum quod nunc de facto est non fuisse et non futurum esse. et angelum qui nunc est implicabit non fuisse et non futurum esse et ita non posset annihilari.

Definitur Ergo æuum duratio successiua rei creatæ permanentis natiua sua incorruptibilis.

De tempore.

Tempus definitur à Platone in Timæo, tempus est æternitatis in unitate permanentis imago in numero fluens.

Tempus autem ita definitur ab Arle, tempus est numerus motus secundum prius, et posterius.

Dicendum videtur tempus esse verum ens reale nec omnem illi denegandam actualitatem.

Probatur nam si tempus ideo non esset verum ens reale quia nulla pars eius est actu tota, sequeretur quod nullum ens successivum esset reale quia entis successivi nulla pars existit actu sed in continuo fluxu.

Præterea quod unus motus magis duret alio item motum esse tardum vel velocem est aliquid reale, atqui hoc desumitur à tempore. Ergo tempus est aliquid reale.

Dicendum 2°. videtur tempus ex natura rei et ante operam intellectus distingui a motu.

Prob. 1° quia alia sunt partes motus et alia partes temporis quod patet quia motus velox est ille qui habet multas partes sub parua duratione, tardus vero qui paucas sub magna duratione. Ergo tempus et motus realiter distinguuntur.

2° Motus potest esse saltem diuinitus sine hoc tempore in quo fit Ergo realiter distinguitur ab ipso.

In quo consistat ratio frlis quantitatis

Dicendum videtur rationem frlem quantitatis non consistere in ratione mensuræ aptitudinali, siue actiua siue passiua.

Prob. quia essentia quantitatis est causa et radix omnium eius proprietatum, atqui ratio mensura non est eiusmodi; nam quantitas ideo apta est mensurare aliam vel mensurari ab alia quia est extensa Ergo in ea non consistit ratio quantitatis.

Dicendum 2° videtur rationem formalem quantitatis non esse positam in extensione

locali.

Probatur. in eo non consistit ratio formalis quantitatis quod est separabile à quantitate, atqui extensio localis est separabilis a quantitate vt patet in corpore christi quod est vere quantum netamen extensum in Eucharistia Ergo.

Deinde probatur nam extensio localis ô est quid primum in quantitate. prius est enim quantitatem habere partes extra partes in ordine ad se quàm in ordine ad locum, Ergo in extensione locali siue in ordine ad locum non consistit ratio formlis quantitatis.

Dicendum tertio videtur rationẽ formlem quantitatis non esse sitam in diuisibilitate.

Prob. illud est essentia et ratio formalis quantitatis quod est primum in quantitate atqui diuisibilitas non est primum in quantitate, prius est enim habere partes distinctas quam habere partes diuisibiles ab inuicem.

Dicendum vltimo videtur rationem formlem quantitatis esse constituram in extensione

intrinseca partium in ordine ad se seu
in habere partes extra partes quoad entitatem.
Patet 1°. ex sufficienti enumeratione siquidem
non consistit in mensurabilitate neque
in extensione locali neq; in divisibilitate
restat vt consistat in extensione intrinseca
partium in ordine ad se.
2°. Quia id est primum in quantitate nam
nihil eo prius concipi potest, et ab ea
extentione partium intrinseca oriuntur
proprietates quantitatis ut mirum divisibilitas,
extensio locali, mensurabilitas qualitas &c.
Itaq; quantitas definiri potest per rationem
formalem, vt dicatur quantum quod
habet partes extra partes in ordine ad se.
Potest etiam definiri per proprietates
vt dicatur quantum quod est divisibile
in ea qua insunt quorum vnumquodque
vnumquid et hoc aliquid aptum est esse
vel dicatur quantum quod est mensurabile
per propias partes.

An quantitas distinguatur a Rebus quantis.

Dicendum 1° videtur substantiam materialem seipsa independenter ab omni quantitate accidentaria distincta et superaddita habere extensionem intrinsecam partium in ordine ad se, seu habere partes extra partes.

Prob. nam quantitas si daretur supponeret partes substantiæ præexistentes, sicut enim tota quantitas educeretur ex tota substantia, ita et partes quantitatis educerentur ex partibus substantiæ.

Deinde si partes quantitatis, si detur, supponerent partes substantiæ ex quibus educerentur aliter enim cum inhæreant in subto ex quo educuntur, si educerentur ex subto plane eodem et indistincto, inhærerent in subto plane eodem et indistincto et ita se penetrarent quod est absurdum.

Denique partes substantiales non possunt accipi a quantitate Ergo substantia habet partes antecedenter ad omnem quantitatem

Dicendum 2° videtur substantiam materialem
per partes extra partes substantiales, seu
extensionem partium intrinsecam substantialem
quam habet esse vere quantam.
Probatur. illud est vere quantum quod habet
rationem formalem quantitatis, atqui
substantia materialis habendo partes extra
partes in ordine ad se habet rationem
formalem quantitatis. Ergo est vere quanta.
2° Probatur illud est quantum quod est
divisibile in partes quæ insunt quarum
vna quæq; vnum quid, et hoc aliquid apta
est esse atqui substantia per extensionem
partium intrinsecam est divisibilis in
partes quæ insunt. Ergo est vere quanta.
Dicendum 3° videtur extensionem localem
realiter distingui à substantia et consequenter
quantitatem secundum extensionem extrinsecam
et localem esse realiter distinctam à substia.
Prob. extensio localis est separabilis à substia
vt patet in sacramento Eucharistiæ vbi

adest subtia corporis Christi ne tamen est extensa localiter. Ergo extensio localis realiter distinguitur à subtia.

An continuum componatur ex indiuisibilibus.

Dicendum videtur nullum continuum componi ex indiuisibilibus, nec in ea per diuisiones et subdiuisiones resolui posse.

Prob. indiuisibile additum indiuisibili non facit maius aut extensius, igitur punctum additum puncto non reddit extensum nec constituit lineam et eadem est aliorum ratio. Prob. antecedens. ea quæ secundum se tota se tangunt non faciunt maius, atqui duo indiuisibilia secundum se tota se tangerent. ergo non habeant partes. Ergo non constituerent maius. &c

2° Prob. quia si continuum puta spatium aliquod constat ex indiuisibilibus sequitur quod aquila v.g. non celerius moueatur testudine. Nam testudo non potest in

vno instanti temporis minus confiere
quam vnum punctum spatij et in secundo
instanti secundum punctum et ita de reliquis:
atqui aquilla non potest decurrendo primum
punctum spatij minus innumere quam vnum
instans temporis et percurrendo secundum
punctum innumet alterum instans; Ergo equali
temporis spatio puta 20. instantium non
percurret nisi 20. puncta spatij similiter de
testudo, quod quidemest absurdum Ergo et id unde
sequitur.

Tertio Probatur. si puncta conitituerent lineam
vel essent continua, vel contigua, vel deinceps,
atqui non sunt continua quia continua sunt
quorum extrema sunt vnum, nec contigua,
quia contigua sunt quorum extrema sunt simul,
atqui puncta non habent extrema Ergo &c.
nec sunt deinceps quia illa sunt deinceps
inter qua intercedit medium diuersj generis,
atqui inter duo puncta linea non mediat
aliquid diuersj generis quia mediat tantum
pars linea qua cum dicatur contare ex-

puncti, non mediant nisi puncta.

An in continuo sint partes et indivisibilia actu.

Dicendum 1°. videtur in continuo partes actu vere et nemine cogitante esse distinctas.

Prob. quæ possunt separari et separatim existere quoad entitatem illa realiter et nemine cogitante inter se distinguuntur atqui duo palmi ligni possunt separari et separatim existere. Ergo nemine cogitante inter se distinguuntur.

2° ~~Prob~~ Probatur. impossibile est quod causa efficiens non sit actu distincta à suo effectu, sed pars una quantitatis potest esse causa alterius, ut cum pars ligni accensa accendit aliam. Ergo realiter distinguitur ab ipsa.

Dicendum 2°. videtur admittenda esse indivisibilia tum terminativa tum continuativa linea et cuiuscunq; alterius continui.

Prob. quia continuum est cuius partes

communi termino copulantur, atqui partes
linea non alio termino copulantur quam
puncto, nec partes superficiei alio termino
copulantur quam linea, nec partes corporis
alio termino copulantur quam superficie. Ergo
in continuo dantur ueri puncta, linea, et
superficies quae quidem sunt indiuisibilia.

Deinde continua sunt quorum vltima sunt
vnum, contigua vero quorum vltima sunt
simul, atqui nisi darentur indiuisibilia non
darentur vltima in continuo cumqualibet pars sit
diuisibilis in infinitum in vlteriores et vlteriores.
Praeterea Prob. corpus sphaericum tangit Planum
in puncto, igitur dantur puncta in plano
et consequenter indiuisibilia in continuo.
Denique prob. dantur instantia in tempore, atqui
instantia sunt indiuisibilia. Ergo dantur
indiuisibilia in continuo.

Quid et quotuplex sit infinitum

Aries duas infiniti definitiones profert, vnam
antiquorum quam videtur repudiare qua ita
habet, infinitum est cuius nihil est extra.
quam definitionem ideo reiicit Aries quia

conuenit etiam toti.

Altera definitio est, infinitum est id cuius secundum quantitatem sumenti semper sumere licet.

Infinitum aliud categorematicum ex quo possunt desumj alia et alia partes aequales, quas vocant aliquotas, in infinitum: aliud syncategorematicum ex quo possunt sumj partes in infinitum sed minores et minores. hoc vocatur infinitum in potentia, illud verò vocatur infinitum actu.

Infinitum actu et categorematicum dicitur quintupliciter, in essentia, in intentione, in magnitudine, duratione, et numero.

Infinitum in essentia est quod totam entis plenitudinem in se continet, talis autem est solus Deus, alia vero infinita non sunt infinita in omni genere entis sed in certo quodam entis genere

An possit dari infinitum actu.

Dicendum videtur infinitum actu negs in magnitudine, negs in intentione, negs

in numero, implicare contradictionem, et consequenter posse produci de potentia Dei absoluta.

Probatur si infinitum in actu implicaret, aut hoc esset quia implicat ens infinitum, et hoc non nam Deus est ens infinitum: aut quia implicat ens infinitum creatum, et ne id quidem dici potest, cum ratio infiniti nihil dicat pugnans cum dependentia et subordinatione ad Deum in qua consistit ratio creaturae.

Praeterea infinitum in numero non repugnat quod patet quia illi termini qui se destruunt non possunt simul componi in intellectu diuino, atqui infinita multitudo potest simul componi in intellectu diuino. nam Deus videt infinitam multitudinem hominum possibilium cum superet quamcunque finitam datam et dabilem, et sit sine vltimo. Ergo &c.

Prob. etiam quod non repugnet infinitum quoad intentionem et latitudinem graduum

sumptum; quia potest dari gratia infinita qualis est gratia christi quia eam sit principium meriti infiniti et sit proportionata infinita dignitati eius, infinita censenda est, Ergo &c.

Denique Prob. potentia Dei producentis est infinita actu et simpliciter, Igitur et eius obtum minimum producibile est infinitum actu et simpliciter. Patet consequentia; quam obtum adaequatum potentiae aqz late patet ac potentia Ergo si potentia divina sit infinita eius obtum erit infinitum.

finis 8 librorum Physicorum.

De mundo.

An mundus potuerit esse ab æterno quoad series gnrationum.

Dicendum videtur non potuisse esse ab æterno seriem vllam generationum quarum vna alteri continuè succederet, ita vt nulla esset prima, sed qualibet assignata alia prior extitisset.

Prob. in æterna generationum serie daretur aliquis primus homo aut leo. vel ergo ille primus homo à Deo conditus genuit ab æterno, et hoc non. sic enim cum quæsunt in æternitate simul sint, simul essent homo generans, et homo genitus, pater, et filius, et nepos, et pronepos quod quidem est absurdum eos omnes esse coævos. vel ille primus homo ab æterno conditus genuit in tempore, et hoc etiam dici non potest. Si enim primus homo fuisset infinita duratione antequam generaret, nec generationes fuissent ab æterno. Deinde in omni generatione viventium debet forma prius esse sub forma seminis quam sub forma perfecta. Ergo omnis generatio

viuentis presupponit aliquid prius Ergo non potest esse ab aeterno: cum aeternum nihil habeat se prius.

Denique Prob. contra Thomistas qui non admittunt infinitum actu et tamen dicunt generationes potuisse esse ab aeterno. Si generationes fuissent ab aeterno iam praecessissent infinitae generationes hominum; cum ergo anima humana sint immortales iam essent omnes simul et infinitae.

An entia successiua potuerint esse ab aeternd.

Dicendum videtur tempus motum et quodcunque aliud ens successiuum non potuisse esse ab aeterno.

Prob. implicat id quod est essentialiter diuisibile in partes priores et posteriores sit indiuisibile in easdem, atqui tempus et quodlibet successiuum est essentialiter diuisibile in partes priores et posteriores aeternum autem est essentialiter indiuisibile in partes priores et posteriores Ergo implicat tempus esse aeternum, et motum &c.

Deinde contra Thomistas. Si tempus fuisset ab aterno iam praecessissent infinitianni in quorum singulis Deus potuisset producere vnum gedem quantitatis. Ergo iam esset infinita extensio quantitatis.

An creatura permanens potuerit esse ab aterno.

Dicendum videtur nullam plane creaturam permanentem siue corruptibilem siue etiam incorruptibilem potuisse ab aterno creari.

Prob non potuit dari creatio ab aterno, cum supponat aliquid prius, est enim productio ex nihilo et non esse. Ergo nec creatura potuit dari ab aterno.

Item non potuit res conseruari ab aterno cum conseruatio praesupponat creationem, Ergo nec potuit res ab aterno creari.

An possit ostendi mundus in tempore conditus.

Dicendum videtur quibusdam coniecturis probabilibus quamuis non omnino cogentibus posse suaderi mundum fuisse conditum in

tempore et habuisse initium.

1°. Quia mundus in tempore conditus melius declarat Dei potentiam a quo mundus est creatus, libertatem Dei qui mundum libere creauerit in tali tempore potius quam in alio; et independentiam Dei à creaturis vt potè qui infinito tempore sine creaturis extiterit.

2°. Si mundus ab æterno fuisset, homines infinito tempore vixissent sine scientiis artibus ac legibus, cum patet à quo leges fuerint conditæ, scientiæ et artes adinuentæ.

3°. Id nonnulli suadent ex eo quod si mundus ab æterno fuisset, cum statura et vita hominis indies minuatur, statura iam ac vita hominis nulla foret.

De Attributis Mundi.

Mundus definitur compages e cælo terrâq; aptè coagmentata et illis naturis quæ intra illa continentur

Dicendum videtur de facto non esse plures mundos quamuis plures possint diuinitus procreari.

1ª pars prob. quia cum mundus contineat omnes gradus entium scilicet esse, viuere, sentire, & intelligere, ex illo possunt satis elucere diuinæ perfectiones, Ergo frustra alius mundus poneretur. Deinde hoc modo diuinæ perfectiones melius repræsentantur in creaturis si mundus sit vnicus. nam in Deo duo reperiuntur scilicet vnitas et multitudo perfectionum; sed vnitas Dei repræsentatur vnitate mundi, multitudo vero perfectionum Dei multitudine entium quæsunt in mundo.

2º pars patet quia potentia Dei est infinita nec fuit exhausta per productionem vnius mundi. Ergo potest se extendere ad alios mundos producendos.

Constat mundum esse perfectum, 1º. quia est opus sapientissimi artificis, 2º. ex fine propter quem conditus est mundus patet quod mundus sit perfectus, est enim conditus vt in eo elucent diuinæ perfectiones. 3º. quia perfectum est cui nihil deest, at non potest

excogitari quid desit mundo.

De Cælo

An cælum sit incorruptibile.

Dicendum 2°. videtur probabilius videri cælos de intrinseco et natura sua esse corruptibiles.

Probatur evertendo fundamenta Arlis, primum quidem, corpus in quo dantur generationes et corruptiones, est generabile et corruptibile, sed in cælo dantur nova generationes et corruptiones stellarum, ut patet multis exemplis, Ergo cælum est generabile et corruptibile.

2°. prob. evertendo secundum fundamentum arlis ubi dantur qualitates contrariæ, ibi datur alterão, atque generão et corruptio, atqui in cælo dantur qualitates contrariæ, dãtur enim in cælo qualitates tactiles contrariæ ut raritas, densitas, durities, mollities, asperitas lævitas, Ergo in cælo dantur generationes et corruptiones.

3°. prob. cælum est corpus naturale, atqui omne corpus naturale est corruptibile, quod

patet ex eoquod principia corporis naturalis
puta materia et forma sunt principia corporis
corruptibilis cum sint principia generationis
et corruptionis. Ergo corpus caeleste est corruptibile.

Dicendum 2° videtur caelum constare materia
et forma.

Patet nam materia et forma non alio medio
inuestigantur quam ex generatione et corruptione,
at in caelis datur generatio et corruptio, vt vidimus,
Ergo in caelo datur materia et forma.
2° ibi debet dari materia, vbi dantur accidentia
quae sint propria materiae eiusq; notae et indices,
atqui in caelis dantur accidentia propria materiae
mirum quantitas, raritas, et densitas, igitur in
caelo datur materia.
3° omne corpus de genere substantiae est compositum
ex materia et forma, cum in eo differat à corpore
de genere quantitatis quod constat ex trina
dimensione, atqui caelum est corpus de genere
substantiae, Ergo caelum componitur ex materia et
forma.

Dicendum videtur 3° caelum constare ex materia
eiusdem rationis cum nostrate seu cum materia rerum
sublunarium.

Prob. contra Thomistas aliter sentientes, illæ materiæ sunt eiusdem speciei quæ conueniunt in eadem potentia et eodem appetitu respectu formarum, atqui materia cælestis et sublunaris conueniunt in eadem potentia et appetitu respectu formarum, nam potentia et appetitus materiæ cælestis & sublunaris est respectu variarum formarum cum materia tum cælestis tum sublunaris possit subire & varias formas.

2° materia non aliunde inuestigari quam ex transmutatione aut ex accidentibus, atqui materia cælestis si ex transmutatione inuestigetur, vel ex accidentibus reperietur esse eiusdem speciei cum sublunari, Ergo &c. Minor Prob. nam ex transmutatione deprehenditur materia capax variarum formarum: item accidentia materiæ cælestis et sublunaris sunt eiusdem rationis puta raritas, densitas, quantitas &c. Ex hoc confirmatur sententia nostra de corruptibilitate cæli nam si cælum constet ex materia capaci variarum formarum habet principium corruptionis et est corruptibile.

Platonici existimarunt cælum esse compositum ex purioribus elementorum partibus quas vocauerunt delicias elementorum.

Arles autem putauit cælum esse quintum corpus

simplex distinctum ab elementis, neq; ex iis compositum.

Probat quia motus simplex debetur corpori simplici circularis motus est simplex, Ergo competit corpori simpliej: atqui non competit elementis quæ moventur motu recto, Ergo competit alteri corpori simplici, quod est cælum Ergo cælum est corpus simplex distinctum ab elementis.

Nota motum circularem esse eum qui fit circa medium seu centrum mundi, rectum qui sursum vel deorsum tendit. motus autem sursum est qui à medio nimirum recedit: deorsum qui ad medium nimirum accedit

Motus mixtus est qui fit per lineam mixtam seu tortuosam.

Motus rectus est qui fit per brevissimam lineam,

Cælum sit animatum.

Dicendum videtur cælum non esse proprie et vere animatum ab intelligentia motrice.

Prob. quia anima non unitur corpori ut forma, nisi propter operationem quam mediante corpore exercet, atqui intelligentia motrix cæli nullam operationem exercet mediante cælo propter quam debeat cælo uniri tanquam forma Ergo ei non unitur tanquam forma. minor probatur quia intelligentia motrix nullam aliam operationem exercet mediante

cælo nisi mavum localem. atqui propter motum localem non debet vniri cælo velut forma. cum sufficiat ad hoc vt ei vniatur per contactum virtutis vt motor mobili. Ergo &c.

2°. Prob. anima intellectualis non vnitur corpori sine gradu sensitiuo et vegetatiuo, cum gradus yscificj supponant semper genericos, atqui in cælo non est gradus vegetatiuus et sensitiuus Ergo in cælo non est anima intellectualis

De Motu Cælj.

Dicendum videtur terram esse immobilem, cælum autem moueri motu diurno ab ortu in occasum.

Prob. si terra mouetur aut mouetur motu recto, aut circulari, neutro autem mouetur: non recto, quia cum terra sit centrum mundi si moueretur motu recto esset vt locum esse desineret et sursum tenderet contra suam naturam; non circulari, nam eius partes non mouentur motu circulari quamuis sint eiusdem rationis cum toto, sed motu deorsum tantum. Ergo terra non mouetur.

Dicendum 2°. videtur cælum non moueri a propria forma aut principio intrinseco,

sed ab intelligentia motrice et assistente.

Prob. 1° per hoc distinguuntur animata à corporibus inanimatis quod inanimata in propriis locis quiescunt, neque mouentur nisi posita extra suum locum, animata vero à seipsis mouentur etiam in propriis locis posita: atqui calum non est corpus viuens et animatum, Ergo non mouetur in proprio loco a forma et principio intrinseco sed ab intelligentia motrice.

2° Prob. illa qua à principio interno vt à propria forma ad aliquem terminum mouentur, ideo mouentur vt acquirant aliquam perfectionem: atqui calum motu suo non acquirit sibi aliquam perfectionem, nam non acquirit sibi locum cum iam sit in suo loco. Igitur non mouetur a propria forma, sed ab intelligentia procurante bonum vniuersi, mouetur enim ob bonum totius vniuersi.

Pythagoras putauit calum motu suo sonitum edere. Aristoteles vero negauit ita se rem habere.

Prob. quia sonus fit ex collisione corporum violenta, et aeris percussione inter duo corpora, sed in calo non est violenta percussio nec est ibi aer qui intercipiatur, superficies namq; eorum sunt

laeues et bene politæ, Ergo non est ibi sonus.

De actione cœli in hæc Inferiora.

Cœlum agere in hæc inferiora constat.

Quæritur per quid agat et an per motum.

Aristo vult cœlum suo motu calorem producere quia perpetua conuersione ignem sibi contiguum rapit, ignis vero aerem vicinum qui sic agitatus mutuo partium attritu incalescit.

Quod autem motus localis calorem producat patet experientia qua constat corpora motu incalescere, imo sæpe ignem emittere vt patet lapidum attritu.

Quomodo autem motus localis calorem producat ita explicatur. per motum localem partes aeris inter duo alia corpora intercepti attenuantur et rarefiunt, porro in partes rarefactas inducitur calor vt sic magis disponat ad formam ignis ad quam iam raritas disponebat.

Quod vero cœlum, sol, et astra suo lumine calefaciant hæc inferiora, in compertoest apud omnes.

Quæritur an præter motum et lumen detur influentia cœli occulta.

Dicendum videtur non esse admittendas huiusmodi influentias occultas.

Prob. sol suo lumine potest esse causa caloris, frigoris, siccitatis, et humoris sed omnia effecta qua gignuntur in illas quatuor qualitates debent referri ut primas. Igitur non est opus confingere aliquam qualitatem occultam.

maior Prob. quia cum lumen sit qualitas celestis eminenter continet quatuor qualitates elementares, unde nihil nimium ei eas possit producere.

2° Prob. dari tales influentias nec sciri potest à priori nec à posteriori per effecta. Ergo non est asserendum.

Tota astrum maris nihil aliud esse quàm rarefactionem et tumefactionem maris et vicissim condensationem. haec autem tumefactio orrum habet ab exhalatione exhalationem et spirituum calidorum, quae quidem fit duobus modis, uno modo per agens extrinsecum calefaciens, et propterea in plenilunio fit magnus astus dum verius luet et calefacit luna: alio modo per frigus circumobstens, et per antiperistasim aëre prapediente sua frigiditate, ne halitus calidi possint evolare unde intra mare cohibentur, illudq; calefaciunt, et propterea fit quoq; magnus astus in novilunio dum ob defectum luminis aer frigidior est.

Quid ex observatione Syderum pranunciari valeat.

Dicendum 1° videtur astrologos certo pranoscere, et prædicere posse longoante tempore Syderum ortum, occasum, aspectus, coniunctiones, positiones, eclypses aliaq similia ad statum cuj pertinentia ratio est quia quod certo euenit certo cognosci potest, atqui hæc omnia certa lege eueniunt et necessariò pendent ex orbium cælestium motibus. Ergo huiusmodi certo pranosci possunt.

Dicendum 2°. videtur astrologos probabiliter ut cunq non autem certo et infallibiliter tempestates, sterilitates, et terræ motus, inundationes frigus æstum, &c. pranoscere, et prædicere ~~potest~~ posse.

1ª pars Probatur quia astrologis nota est plurima virtus astrorum et constellationum Ergo diligenti observatione conijcere poterunt quare inde orituræ probabiliter ~~proba~~ videntur qualia sunt supra posita.

2ª. pars probatur. quia perdifficile est omnium Syderum vim et efficaciam tenere et facilè nasci potest confusio in tanta stellarum varietate. Deinde ad hæc præcognoscenda

non sufficit nosse vim syderum sed etiam omnes
causas proxima sunt præcognoscenda quæ valent ad
impediendum calj concursum; quæ omnia cum
nequeant certò cognosci ab astrologis necesse est
eorum iudicium infirmum et dubium esse.

Dicendum 3° videtur cælum non posse agere
directè in nostram voluntatem sed indirectè
dumtaxat.

Prob. 1ª pars quia humana voluntas spiritualis est
cælum vero corporeum: atqui corpus in spiritum
agere non potest.

Prob. 2ª pars quia voluntas facile inclinatur
ad consentiendum ~~a~~ appetitui sensitivo,
atqui appetitus sensitivus cum pendeat à
dispositione et humoribus corporis potest
immutari virtute calorum quæ agere possunt
in corpus humanum. Ergo cælum indirectè potest
agere in voluntatem sed non ita ut voluntas
necessitetur.

Dicendum 4° videtur nec eventus, ~~nec~~ quia à
libero arbitrio pendent nec successus contingentes
ex astrorum observatione præcognosci ac prædiçi
posse puta quod quis sit rex vel plebeius vel
vigiliosus futurus.

Prob. quia si ex inspectione syderum dominantium in natiuitate possunt praecognosci futura infanti, cur etiam non poterunt praecognosci ex inspectione syderum dominantium in eius conceptione, atqui non potest secundum vt fatentur Genethliaci Ergo negs primum.

Deinde fieri non potest quin multi eodem tempore nati sint quo nati sunt summi pontifices et Imperatores et reges, atqui nati sunt sub eadem constellatione nec tamen propterea summi pontifices Imperatores aut reges effecti sunt, Ergo &c.

Denique si effectus necessarij et maxime e eorum influxu pendentes quales sunt pluuiæ, venti, tempestates &c. ab Astrologis non certo praecognoscuntur, quanto minus abijs poterunt praenunciarj effectus liberj et qui nulli necessitati subduntur quales sunt ij qui pendent a voluntate nostra.

In libros de ortu et interitu.

1833

De generatione.

De generatio duplicitèr definitur. 1°. generatio est mutãc ànon esse, ad esse, qua res dicitur fieri simplicitèr.
2°. generãc est mutãc totius in totum nullo sensibili remanente. vt subtò eodem. Quæ quidem definitiones distinguunt generationem àb alteratione.
Dicitur quòd generatio et alterãc realiter et rõmine cogitante distinguntur.
Prob. quia posita alteratione praeuia in ligno potest Deus impedire ne ignis in eo ponatur, at non aliter quam suspendendo concursum debitum actioni qua ponereturignis. Ergo posita praeuia alterãone requiritur alia actio qua ponatur forma et totum.
Prob. 2°. dãtur actio terminata ad qualitatem et ad quantitatem minimum alterãc et accretio. Igitur nulla est ratio cur non debeat admitti actio distincta quæ ad substantiam terminetur.
Quæritur quinam sint termini generãonis.
Dicitur 1°. terminum ad quem primarium generãonis esse compositum.
Prob. quia illud est terminus generãonis

primarius quod primo et per se intenditur. ~~et~~ at
compositum est id quod maxime intenditur,
nam generans intendit facere sibi simile,
generans autem est compositum. Ergo &c.
Dicitur 2°. formam vel vt productam vel vt
debitam in generatione posse dici terminum ad
quem. secundarium ~~terminum~~ et vt quo generationis.
Patet quia q tria communiter assignantur
transmutationis principia materia forma. et
privatio, ex quibus privatio dicitur terminus
a quo forma vero terminus ad quem.
Forma vero dicitur terminus vt quo quia est
id quo media et fit et generatur compositum non
autem est id quod generatur.
Diximus autem formam vel vt productam vel
vt habitam. quia non omnis forma producitur
in generatione, anima enim rationalis a solo Deo
creatur ad exigentiam materiæ.
Terminus vero a quo generationis privativus quidem
est non esse forma vel compositi, positivus autem
est compositum vel forma opposita qua perit
adueniente noua.

An detur resolutio usque ad materiam primam.

Dicendum videtur in corruptione substantiali compositi physici non dari resolutionem usq; ad materiam primam, sed plura accidentia quæ inerant composito corrupto eadem numero remanere ingenito vel subtō aui inerant.

Prob. experientia qua constat multa accidentia corrupti post corruptionem remanere v.g. eadem cicatrix, sic eadem cernitur figura sic demum idem color Ergo debemus admittere quædam accidentia.

Deind prob. ratione. si dispositiones quæ pro forma generanda in materia ab agente productæ fuerunt una cum forma præexistente abolerentur. Igitur materia indifferens, communisne ad plures formas derelinquitur, quoniam non magis huic quàm alteri forma determinata est cum per dispositiones determinetur quibus nunc dicitur destitui Ergo ex huiusmodi materia indifferenter omnis forma poterit generari non magis hæc quamilla.

An possit reproduci idem numero corruptum

Dicendum videtur 1.° virtute naturali non posse eundem numero effectum corruptum reproduci.

Prob. agens determinatur ad hunc numero effectum producendum, vel a circumstantiis puta loco, tempore, approximatione et aliis, vel a Deo ad exigentiam harum circumstantiarum: atqui nunquam possunt vedire naturaliter eadem circumstantia puta tempus &c. Ergo nunquam agens potest naturaliter determinari ad eundem effectum rursus producendum Ergo.

Patet etiam quia a privatione ad habitum non datur regressus saltem naturaliter.

Deinique divquin sequerentur suscitationem mortui non esse miraculosam si enim virtus agentis naturalis potest reproducere corruptum poterit etiam reproducere corruptum hominem.

Dicendum 2.° videtur eundem numero effectum permanentem qui corruptus vel annihilatus est posse iterum divina virtute produci.

Prob. ideo non potest idem numero effectus

produci à causis naturalibus quia in iis continetur
cum quadam limitatione et determinantur causa —
ad illum effectum à talibus circumstantiis, atque illæ —
rationes non habent locum in deo qui est causa illimitata —
in qua effectus continetur sine limitatione, et ex ea potest —
semper et semper exire: item Deus est omnino —
independens à circumstantiis. Ergo eundem numero
effectum potest reproducere.

Dicendum 3.° videtur probabile esse non implicare —
contradictionem entia successiva ut motum et tempus eadem
numero à Deo reproduci.

Prob. Entia successiva quamvis desinant continentur —
tamen adhuc in potentia divina, continentia enim —
eminentialiter omnium possibilium est essentialis —
omnipotentia divinæ quæ ab ea nunquam tolli
potest Ergo entia successiva poterunt à Deo reproduci. —

Quæritur quomodo res creatæ incipiant et desinant esse. —

Dicitur quod res successivæ quæ non possunt habere esse
in instanti cum non sint tota simul sed per partes —
successivè dicuntur incipere et desinere extrinsece sive —
incipere per ultimum non esse, nimirum instans —
in quo verum sit dicere nunc non est motus v.g. —
sed immediate post erit: et desinere per primum —
non esse nimirum per instans in quo est verum —

dicere nunc non est motus sed immediate ante erat.

Formæ vero permanentes quæ accipiunt totum suum esse simul dicuntur incipere intrinsece et per primum sui esse, quando verum est dicere nunc primo sunt et immediate ante non erant, desinere vero extrinsecè et per primum sui non esse quando verum est dicere nunc non est forma sed immediate ante erat.

Quid sit et quomodo fiat alterão.

Alteratio est quando manente subto sensibili transmutae fit in eius passionibus, aut contrariis aut mediis.

Dicendum videtur multas alteraones esse continuas.

Prob. Motus quilibet proprie dictus est continuus atqui alterão est una species motus proprie dicti, motus enim proprie dicus est tum ad qualitatem tum ad quantitatem, tum ad vbi.

Deinde si alterão non esset motus continuus sed fieret inter instantia interpolata, non

posset afferri ratio cur ignis, v. g. postquam aliquid caloris produxit in primo instanti, non continuo calefaciat cum omnia ~~dicta~~ sint adsint requisita ad calefaciendum.

Quomodo intendantur Qualitates.

Dicendum videtur intensionem qualitatem fieri.

Ut suadeatur ista conclusio duo sunt probanda 1° qualitates non intendi sine aliqua mutatione et acquisitione: 2° hanc acquisitionem non posse esse aliam quam novi gradus et novae partis formam.

Primum Probatur impossibile est concipere augmentum verum et proprium sine alicuius rei acquisitione et decrementum sine alicuius rei deperditione, at intensio formae est verum incrementum, et remissio formae verum decrementum Ergo in intensione formae debet fieri alicuius rei acquisitio, et in remissione debet fieri alicuius rei deperditio.

Secundum probatur quia non potest melius excogitari quicquam quo adveniente crescat forma quam alia pars formae. nam hoc ipso quod entitati additur entitas eiusdem rationis hoc ipso intelligitur

augeri, et ~~quae~~resce re Ergo vt vere et proprie forma intelligatur crescere in eodem subto debet admitti quod pars additur parij.

An simile agat in simile.

Duobus modis aliquid potest esse simile alterij. 1° in qualitate tantum, et non in gradu: 2° in qualitate et gradu. Simile autem in qualitate et gradu potest esse simile in extentione vel dissimile. Rursus, simile in intensione et extensione potest esse simile in densitate et raritate, vel dissimile.

Triplex potest esse proportio inter agens et patiens. proportio aequalitatis, quando virtus activa activa agentis est aequalis resistentiae patientis: proportio maioris inaequalitatis cum virtus activa agentis superat resistentiam passi. proportio minoris inaequalitatis quando minor est virtus agentis quam resistentia patientis.

Dicendum videtur nec densitatem nec maiorem extensionem subti sufficere posse vt simile in qualitate et gradu possit agere in aliud simile in qualitate et gradu.

Prob. quia calidum vt quatuor densius, aut magis extensum collatum cum alio calido etiam

vt quatuor nec formaliter, nec eminenter
continet calorem vt quinqz aut superiorum
graduum. Ergo cos non potest conferre nec proinde
intendere aliud calidum. Patet consequentia
nam agens non potest conferre perfectionem
quam nullomodo continet. antecedens vero
Prob. quia si calor vt quatuor contineret
formaliter calorem vt quinqz esset formaliter
calidum vt quinqz, nec eminenter etiam
continet quia non est superioris ordinis respectu
caloris vt quinqz qualis debet esse causa quae
eminenter continet effectus.
Confirmatur etiam quia agens non agit nisi
quatenus est actu, atqui calidum vt quatuor
non est in actu respectu caloris vt quinqz Ergo non
potest illum producere in calido vt quatuor, tametsi minus
denso.

An idem agat in seipsum.

Dicendum videtur aliquid non posse agere in seipsum
secundum eandem partem actione vniuoca.
Patet quia si semel calor posset se ipsum intendere,
calor vt vnum posset se ipso crescere in calorem vt duo.
et tria, et sic vsqz ad summum gradum. quod est

contra experientiam. Ergo &c.

Deinde calor vnvnum nec formaliter, nec eminenter continet calorem vt duo. Ergo illum non potest in seipso producere.

Denigs idem respectu eiusdem esset simul actu et potentia, vt calor vnvnum esset actu et potentia respectu caloris vt duo quod est falsum: sequela Probatur nam esset in potentia respectu eiusdem in quantum posset illum recipere. esset vero actu in quantum posset illum producere.

Antiperistasis est circumobsessio vnius agentis à suo contrario circumfuso ratione cuius illud quod obsidetur, videtur confirmare virtutem suam vt quasi collectis viribus potius assurgat in pugnam, segs validius ad ânferta qualitatis influxu salutem tueatur et deffendat.

Ideo autem propter antiperistasin incalescunt hyeme loca subterranea quia frigus terra circumfusum impedit ne exalationes calidæ e sinu terræ euaporentur sicgs retenta viscera terræ calefaciunt. Æstate vero contra frigens infima terræ loca quia propter calorem circumfusum terræ pori dilatantur, facilieugs emittunt omnes exalationes calidas.

An detur reactio inter agens et patiens.

Philosophi appellant reactionem reciprocam illam actionem qua fit agentis circa patiens, et patientis circa agens.

Dicendum videtur de facto dari reactionem, fauet experientia. Si enim frigida superinfundatur aqua calidæ tota aqua reducitur ad mediam temperiem, quod fieri non potest nisi mutuo conflictu frigidæ in calidam, et calidæ in frigidam.

Prob. ratione. Vnumquodq; agit in quantum est actu, et patitur in quantum est potentia: sed cum duo contraria debite simul applicantur vtrumq; est et actu simul et potentia, Ergo agit et patitur simul. Minor patet nam quod est actu calidum est potentia frigidum.

Item prob. nisi detur reactio impossibile est fieri elementorum mixtionem qua fieri non potest nisi elementa se refrangant, quod sine reactione fieri non potest

De Elementis

De numero et qualitatibus Elementorum.

Elementum est id in quod cætera corpora diuidantur in quibus inest potentia aut actu, ipsum autem est indiuisibile in diuersas species.

Breuius potest definiri Elementum, corpus simplex in quod alia corpora resoluuntur.

Dicendum videtur cum Arle cuius scola quatuor esse ~~elb~~ elementa. non plura, nec pauciora, ignem, aerem, aquam, et terram.

Probatur tot sunt elementa quot sunt combinationes primarum qualitatum possibiles, i tam vna saltem sit in summo (nam elementa sunt quibus ista qualitates conueniunt in summo) atqui quatuor tantum sunt combinationes possibiles puta caloris cum siccitate, caloris cum humiditate, frigoris cum humiditate et frigoris cum siccitate.

Dicitur hic quod est necessitas constituendi ignem infra concauum lunæ et supra aerem vbi constituitur Sphæra ignis.

1°. quia videmus ignem et vt ignea ferri supra

cætera corpora sublunaria vnde dicimus ignem habere locum supra huiusmodi corpora, sicut dicimus locum naturalem terræ esse centrum mundi quia terra fertur infra omnia.

2°. corpori leuissimo concedendus est locus supra alia, sed ignis omnium elementorum est leuissimus vt pote quia habet summum calorem et siccitatem cum raritate quæ quidem efficiunt maximam lauitatem.

Quatuor sunt prima qualitates calor, humor, frigus et siccitas. definiuntur autem 1ª qualitates hæ quæ neq; ex aliis, neq; ex se ipsis fiunt, sed ex iis cætera à sublunaribus causis producta oriuntur. Calidum autem definitur quod congregat homogenea, et segregat heterogenea; frigidum est quod indistincte omnia congregat, tam homogenea, quam heterogenea; humidum est quod facile terminatur termino alieno, et difficulter suo; siccum econtra quod facile proprio difficulter alieno termino terminatur.

Dicitur hic has omnes qualitates esse actiuas actione vniuoca, nam omnes debent se se extendere in mixtione agendo et patiendo: si vero de actione

æquiuoca sermo sit, calor, et frigus sunt
qualitates actiuæ, humor et siccitas passiuæ,
quia in generatione mixti humiditas et siccitas
fungentur vice materiæ accipiendo hos vel illos
terminos quos in eis producunt calor et frigus quæ
proinde se habent actiuè quatenus calor educit
partes subtiliores et inutiles admixtionem, frigus
vero quoagulat partes siccas cum humidis et
illis consistentiam præbet.
Dicitur has qualitates conuenire cuiq; elemento,
puta igni calorem, et siccitatem, vt per se patet;
aquæ humiditatem et frigiditatem quod patet
quia aqua sua sponte reducit se ad priſtinum
frigus tanquam sibi naturæ consentaneum; terræ
autem conuenire frigiditatem, et siccitatem, vt
etiam patet quia facile terminatur suo termino
et difficulter alieno, terra etiam calefacta
recuperat suum frigus; aeri denig; conuenire
humiditatem et calorem quod patet quia
non esset alia combinatio ei tribuenda,
et præterea aer facile vertitur in ignem et in
aquam quia scilicet participat aliquam eorum
qualitatem, puta calorem cum igne, et humiditatem
cum aqua.

Dicendum videtur cuiq; elemento sua natura et puritati relicto ambas qualitates in summo gradu congruere.

Prob. quia si in elementis est aliqua qualitas remissa vel est cum admixtione contrarij vel sine illa, neutrum dicj potest. non primum quia sequeretur omnia elementa esse symbola et conuenire in aliqua qualitate, vt patet si enim aer est in summo humidus, et remisse calidus per admixtionem frigoris, conuenit cum aliis tribus elementis in aliqua qualitate: neque secundum dicj potest quia in eo differunt qualitas habens contrarium et carens contrario quod ea qua habet contrarium solet remitti per admixtionem contrarij. Ergo qualitas elementi non potest esse remissa sine admixtione contrarij.

Dicendum videtur primas qualitates non esse formas substantiales elementorum sed esse qualitates inhærentes.

Prob. quod vni est accidens inhærens nulli est substia sed calor in multis cernitur esse accidens inhærens, Igitur in nullo est substantialis forma.

Deinde nulla substantia est per se tangibilis et sensibilis sed primæ qualitates sunt per se sensibiles Ergo non sunt substiæ.

De Qualitatibus motricibus et motu elementorum.

℔ Graue describitur quod aptum est ferri ad medium; leue quod aptum est ferri a medio, grauissimum quod omnibus subsistat quia deorsum feruntur, leuissimum quod omnibus supereminet quia sursum feruntur.

Duplex est leue, et similiter graue, simpliciter et secundum quid, leue simpliciter est quod tendit ad conuexum lunæ, leue secundum quid quod immediate subsistat leuissimo. graue simpliciter est quod tendit ad centrum mundi, graue secundum quid quod subsistat omnibus leuibus.

Dicendum videtur probabilius videri has omnes qualitates motiuas inter se specie distingui, puta leuitatem ignis et leuitatem aëris.

Prob. quia si eadem specie esset leuitas ignis et aeris reperiretur idem spatium connaturaliter et haberet eundem terminum et ferretur connaturaliter ad idem spatium, atqui hoc est falsum quia motus ad conuexum lunæ est violentus aeri, et connaturalis igni.

Dicendum 2.° videtur elementa quæ suis in locis constituta neq; grauitare, neq; leuitare, Probatur quia grauitas et leuitas data sunt

elementis vt propriumlocum acquirant, eo
Igitur acquisito frustra niterentur alio tendere.
Patet etiam experientia, nam situla aqua
plena extrahitur cine difficultate dum intra aquam
est, at vero magna difficultate extrahitur dum
supra aquam est quod signum est aquam
in proprio loco non grauitare.
Nota grauitationem et leuitationem non esse aliud
quam grauitatem et leuitatem dum exiterna in
actum secundum impediuntur ab alio, ne
sequatur motus.
Dicitur hic tertio grauia et leuia moueri a propria
grauitate et leuitate immediate et proxime,
remote vero et radicaliter a propria forma,
a generante vero vt a dante formam.
Nam operaones que proueniunt a principiis qualitatibus
refunduntur in formam tanquam in principium
remotum et radicale.
Reinde dum mouentur grauia sape non est generans
adest autem semper forma elementi grauis que est
eius natura et principium motus Ergo in eam
potius quam in generans debet refundi motus
localis.
Dicitur hic 4°. grauia et leuia ideo velocius
moueri in fine motus quam in principio, idq;

cum naturaly impetu ad loca tendunt,
quia cum in illo motu oporteat medium
scindi facilius scinditur paucum, quam multum
initio autem multum est medii scindendum,
in fine vero motus parum.

Refundi etiam potest ratio velocioris motus
in commotionem aëris qui dum à lapide v.g.
scinditur subit in locum lapidi et à tergo
impellit vt eito repleat vacuum locum eius
unde fit vt velocitas motus perpetuo augeatur.

Dicitur hic 5.° addendum esse proiecto
qualitatem impressam à proiciente, qua
promoueatur motus proiecti.

Sic igitur assignantur causa motus rei
proiectæ. Princeps causa videlicet proiciens,
alia instrumentaria nempe impressa qualitas
et impetus, demum commotio aëris vel
medij quæ sit velut causa auxiliatrix.
Patet quia nisi admittatur ^qualitas impressa non potest
concipi quomodo globus aneus e tormento
explosus tanta celeritate deferatur ab aëre
qui minimum pondus interim deciden
sustinere non posset.

Deinde non potest explicari unde oriatur

motus ille incertus, et inæqualis rota dum fortius
est acta et incipit in ea motus esse languidior.
hoc enim non potest oriri a commotione aeris qui non
commouetur nisi in minam partem. hic autem motus
fit per varios emphractus et oritur ex eo quod
virtus impressa incipit luctari cum grauitate rotæ.

Quid sit mixtio.

Graj hoc tria nomina distinguunt compositionem,
mixtionem, et crasim, vt compositio sit multarum
rerum vnio quamuis non sint aptæ per se subsistere,
mixtio vero sit vnio variarum rerum quæ sunt
aptæ per se subsistere, siue agant et patiantur
siue non, crasis denique sit vnio rerum quæ sunt
aptæ per se subsistere et quæ agunt et patiuntur
inuicem.

Latinj vero mixtionem et crasim confundunt, eam
vero mixtionem quæ non est crasis iuxta ponitionem
appellant.

Mixtio alia imperfecta, quando præter formas
miscibilium elementorum non resultat tertia natura,
alia perfecta quando resultat tertia natura, et
per hanc producuntur mixta perfectiora.

Philosophus assignat tres conditiones miscibilium
1.ª miscibilia inuicem agentia et patientia esse debent,

quia debent alterari quod absque actione et passione fieri nequit.
2ª. miscibilia facile divisibilia esse debent, quia miscibilia debent ad exiguas partes redigi quo magis atq; magis uniantur.
3ª. miscibilia hanc inter se proportionem habere debent, quod neq; unum alteri simpliciter dominari neq; omnino parem vim agendi q; potestatem habere debeat, quia unum non debet aliud corrumpere quod fieret si simpliciter dominaretur. hoc posito.
Definitur mixtio miscibilium alterativorum unio. ubi per, miscibilia, intelliguntur elementa prout illis supradictæ conditiones competunt.

An elementa actu in mixto remaneant.

Dicendum videtur elementa remanere in mixto secundum suas formas substantiales.
Prob si in mixtione perirent elementa deberet assignari corrumpens atqui non potest assignari corrumpens, neq; effectivè, neq; formaliter. Ergo non pereunt. minor prob. si corrumperentur elementa vel à se mutuo corrumperentur, vel ab alio, non primum quia elementa non sibi

simpliciter dominantur, vt possint se se corrumpere,
negs secundum quid si ab alio corrumperentur, vel à generante mixtum, vel à calo, atqui neutrum dici potest, quia elementa non perimuntur nisi peremptis et destructis propriis qualitatibus, aut saltem ita retusis vt cum iis forma elementi retineri non possit, atqui qualitates elementorum non ab alio retunduntur quam à se mutuo cum sint contraria.

2°. nullum datur expellens formaliter formas elementorum. nam si quid eas formaliter expelleret maxime forma mixti superueniens, atqui forma mixti formaliter non expellit quod patet quia forma mixti non habet dispositiones pugnantes cum formis elementorum. postulat enim tantum modo qualitates elementorum refractas cum quibus elementa possunt existere vt patet in aqua calida quæ potest existere cum summo calore. ergo &c negs forma mixti formaliter expellit elementa quia ea continent eminenter, non enim forma mixti potest producere qualitates elementorum vt ea dicatur continere.

3° cum mixtum corrumpitur et resoluitur in quatuor elementa, non potest explicari à quo producantur

elementa illa, Ergo non producuntur sed actu praerant in mixto. Prob. minor quia si ab aliquo producerentur maxime a corrumpente mixtum, atqui ab eo non producuntur cum non producat dispositiones requisitas ad formas elementorum, puta ignis corrumpens lignum non inducit dispositiones ad formam terrae et cinerum qui ex illa corruptione existunt. 4° Prob. elementa sunt causae materiales mixti non enim aliter ingrediuntur constitutionem mixti nisi ad modum materiae: atqui causae materiales siue materia remanet post generationem cum in eo differat à priuatione et contrario quae non remanent. Ergo elementa actu sunt in mixto.

De Interitu mixti.

Interitus mixti debet inuestigari ex eius generatione sic autem generatur, cum humidum et siccum ad temperiem cuiqz ~~cor~~ mixto conuenientem redigiuntur ex actione caloris a frigore temperati. Quandiu igitur calor viget in mixto et potest regere humidum cum sicco ac continere quandiu conseruatur mixtum. cum vero calor naturalis recedit, vel ita minuitur vt nequeat amplius

continere humidum et siccum, mixtum dissoluitur in elementa et interit.

Causa vero diminutionis caloris naturalis est calor ambientis corporis qui si validior sit naturali mixti calore eum educit simul cum humido. porro absente calore euaporatur humidum et remanet siccum seu terra. Hoc patet. quia videmus astiuo tempore vel in locis calidis res facilius ac citius putrescere.

Putredo itaq; definitur, corruptio proprij et naturalis caloris in vnoquoq; humido à calore ambientis.

Nota quod hac tria quodam ordine temporis fiunt. 1.° enim incipit fieri separatio humidi à sicco quæ tamen est absque forma substantialis interitu sed est pura paratio et via ad eam: 2.° loco destruitur forma mixti cum amplius seruari non possit defectu humidi: 3.° humidum illud penitus à calore consumitur ita vt nihil reliquum sit nisi fimus ac terra.

Putrefactio autem alia est perfecta, in qua fit perfecta mixti dissolutio, et separatio humidi a sicco, alia imperfecta et secundum partem quando hæc separatio non penitus perficitur, et et absoluitur.

Finis.

Fig. 16.

Conclusiones Logica

Logica non est scientia.

Obiicies. si logica non est scientia maxime quia res logica non sunt necessarie; atqui non est opus vt res quæ cadunt sub scientiam habeant necessitatem existentiæ, et sufficit vt habeant necessitatem connexionis, quæ competit rebus logicis. Ergo. &c..

Respondeo 1° res logicas non tantum excludi a scientia defectu necessitatis, sed etiam defectu realitatis, quia non sunt nisi secundæ intentiones entia rationis.

R. 2°. necessitatem connexionis non competere rebus logicis. quia necessitas connexionis est ea quæ competit rebus quæ habent veras proprietates quæ connectuntur cum subiectis per veras et proprias causas: atqui res logicæ cum non habeant veras essentias sed entitas non habent quoq veras proprietates, neq veras causas ~~eum~~ quibus proprietates illæ connectantur cum subtis.

Obiicies 2°. Logica est cognitio certa et euidens rei necessariæ per veram causam, quod patet quia multæ conclusiones logicæ sunt necessariæ et

demonstrantur per propriam causam.

R. logicam non esse cognitionem veræ rei, et realis; sed diminutæ, et secundum quid, cum sit cognitio entium rationis dumtaxat.

R. deinde logicam non esse cognitionem rei necessariæ, sed contingentis, erquagenderab arbitrio nostro, et consequenter non esse scientiam.

Logica est ars.

Obijcies ars est habitus effectivus, aliqui logica non est habitus effectivus, nam efficere est aliquid extra edere, quod patet quia in eo differt ars à natura quod natura est principium operationis recepta in eo ipso in quo est natura, ars vero est principium operationis recepta in alio.

R. in eo distinguj artem a natura quod natura sit tantum principium operationis immanentis, ars vero possit esse principium operationis immanentis, et operationis transeuntis.

Dices si ars possit esse principium operationis immanentis non differet à natura. Ergo.

R. ars potest esse principium secundarium et adventitium operationis immanentis, concedo, principium per se et essentiale quale est natura nego.

Rices ars operatur circa materiam sensibilem, opus corporeum producit et vtitur instrumentis corporeis, atqui Logica non est talis. Ergo.

R/ negando maiorem. Haec enim nullibi à pho in arte desiderantur et plane commentitia videntur. vel distingo ars realis concedo, ars sermocinalis nego qualis est logica.

Obiicies 2° effectio relinquit opus post se quod patet quia Arles negat citharisationem esse effectionem sed actionem quia non relinquit opus post se: atqui Logica non relinquit opus post se. Ergo eius operatio non est effectio.

R/ negando maj. vniuersaliter sumptam, ad probationem dico Aristotelem praetulisse citharisationem in exemplum actionis quia citharizatio quamuis sit propter aliam finem et non propter se eius tamen finis statim appareret. itaqs est vera effectio. Porro in exemplis non quaerenda est veritas sed claritas.

Obiectum Logicae sunt res omnes prout subsunt secundis intentionibus Logicis.

Obiicies 1°. res omnes sunt obtum aliarum

scientiarum Ergo non sunt obtum Logicæ; nam omnes scientiæ vindicant sibi peculiare obtum.

R. distinguendo antecedens res omnes sunt obtum aliarum scientiarum vt cognoscibiles, et secundum suas naturas concedo, vt susceptibiles secundarum intentionum logicarum nego. Ergo non sunt obtum Logicæ, distingo etiam non sunt obtum formale concedo, materiale nego, scientiæ autem vel artes vendicant sibi peculiaria obta formalia non autem materialia.

Ob. 2°. subtum disciplinæ cuiuslibet debet in ea definiri: atqui res omnes non definiuntur in logica, Ergo.

R. 1° distinguendo maiorem subtum disciplinæ speculativæ concedo: practicæ nego.

R. 2°. distinguendo minorem res omnes non definiuntur in logica secundum se sumpta concedo quod vt subtant secundis intentionibus, nego. nam animal v.g. definitur in logica quod vt subtat intentioni generis et de illo demonstrantur proprietates subtractione.

Ob. 3°. illud est obtum habitus operativi in quod introducit formam realem, atqui Logica

non introducit formam realem sed rationis in res omnes. Ergo non sunt eius obtum: introducit vero forman realem in operãones intellectus. Ergo sunt dicendæ obtum eiusdem.

Rℓ distinguendo maiorem, habitus operatiuj qui dirigit operãones transeuntes et receptas in subto externo concedo: habitus operatiuj qui dirigit operãones immanentes, qualis habitus est logica nego.

Obicies 4.° vnaquæq; scientia certum et determinatum subtum sibj vindicat: atqui res omnes non sunt aliquid certum et determinatum. Ergo non sunt obtum Logicæ.

Rℓ distinguendo maiorem vnaquæq; disciplina postulat obtum determinatum, formale concedo, materiale nego. atqui res omnes non sunt aliquid certum et determinatum, distingo min. secundum se et absolute concedo, quatenus subiacent secundis intentionibus nego.

Admittendum est ens rationis.

Obicies 1.° esse obiectiuum est esse reale: atqui ens rãonis habet esse obtiuum in intellectu. Ergo habet ee reale et ita ô est ens rãonis. Maior ℙrob. id quod petitur à forma realj est ens reale, atqui ee obtiuum petitur à forma realj nimirum a

cognitione realj intellectus. Ergo.

R^r negando maj. ad prob^ãonem distingo ___
maj. id q^d petitur à forma realj est reale, ⅋
petatur à forma realj intrinseca concedo, si ___
petatur a forma realj extrinseca nego; atquj
ee obtinuum petitur à forma realj. distingo ___
extrinseca concedo (nam petitur a cognitione ___
intellectus quae est intrinseca intellectuj sed ___
extrinseca obto): intrinseca nego. Ergo ee ___
obtinuum est ee reale nego consequentiam.

Obijcies 2°. ens rationis nullum datur si non ___
possit ab intellectu produj; atquj non potest,
quod sic probatur, nam si produceretur ___
ab intellectu vel vt terminus produceretur
vel vt obtum, atquj neutrum dicj potest,
nam ô vt obtum quia operão intellectus ___
supponit suum obtum non vero producit.

R^r negando min. ad probationem concedo ___
maj. nego min. ad eius probationem dico ___
ens rãonis fierj vt obtum et vt terminum ___
extrinsecum operãonis intellectus, quando ___
dicitur, operão intellectus supponit suum
obtum distingo operão speculativa concedo, ___
operão practica nego. at vero ens rationis ___
cognoscitur ab intellectu operãone practica.

Natura a parte rei ó sunt frhier vrles.

Obijcies 1°. vnitas specifica tàm est à parte rei, quàm vnitas numerica, quod sic probo, ideo petrus est vnus numero quia est indiuisus et indiuisibilis in plures numero: atqui et iam est indiuisus et indiuisibilis in plures specie. Ergo tam est vnus specie quam est vnus numero. Ergo datur à parte rei vnitas specifica.

R. negando antecedens ad probaõnem concesso maiori, nego minorem; nam Petrus est diuisus a Paulo in natura specifica per differentiam numericam; at vero idem petrus in ratione individuali nullatenus est diuisus, nec diuisibilis vnde in ea ratione est vnus. Itaq; Petrus et Paulus in ratõne hominis ó sunt vnum, sed similes, quæ similitudo est fundamentum vnitatis specificæ, quæ aduenit per operacionem intellectus.

Ob. 2°. natura humana à parte rei habet quidquid requiritur ad vnitatem specificam; nam ad vnitatem specificam tantum requiritur ~~vel~~ negatio diuisionis specificæ atqui talis negatio competit naturæ à parte rei quæ est indiuisa specie.

R. negando antecedens ad probationem dico ad vnitatem specificam requiri non solum negaõnem

diuisionis specifica sed etiam negationem diuisionis in natura specifica; at vero quamuis in indiuiduis non sit diuisio specifica est tamen diuisio in natura et entitate specifica, quæ quidem diuisio fit per differentias numericas.

Ob. 3°. Siquid obstaret quominus natura humana v.g. sit vna à parte rei vnitate specifica maxime quia est diuisa per differentias numericas: atqui differentiæ numericæ non tollunt vnitatem specificam nec ei opponuntur sed vnitati numericæ. Ergo &c.

R. concessa maiori negando minorem nam differentiæ numericæ aduenientes naturæ specificæ tollunt eius vnitatem scilicet specificam.

R. ces vnitas specifica est minor. Ergo poterit compati secum aliquam diuisionem, eam videlicet quæ fit per differentias numericas.

R. vnitatem specificam esse minorem quia eius fundamentum nimirum similitudo indiuiduorum sit iunctum cum diuisione, non autem dicitur minor quia patitur secum aliquam diuisionem.

Ob 4°. natura humana in Petro est vna vnitate formali, atqui vnitas formalis est vnitas vtlis. Ergo é vna vnitate vtli.

R. concedo maj. negando minorem, nam vnitas frlis est illa qua natura est vna in se, secundum materialia, vnitas numerica est illa qua natura é vna in vno, vnitas autem vrlis é qua natura é vna in multis. porro natura humana in Petro é vna in vno, é etiam vna in se, non autem é vna in multis, vnde é vna vnitate numerica et vnitate frli, é autem vnitate vrlj.

Ob. 5°. Petrus et Paulus inter se conueniunt. Ergo habent aliquam vnitatem, minimum specificam. Patet conseq. nam conuenire est in vnum venire.

R. concesso ant. neg. conseq. ad probationem respondeo conuenire é in vnum venire, & vel vnibile, concedo é conuenire in vnum perfecte et frliter negatur. Petrus autem et Paulus conueniunt quatenus sunt vnibiles, et vnibiles per operationem intellectus.

Dices Petrus et Bucephalus a parte rei differunt specie. Ergo datur a parte rei vnitas specifica.

R. Petrus et Bucephalus differunt specie à parte rei fundamentaliter concedo, frliter nego; nam a parte rei non est species frlis, sed fundamentalis

Ob. 6°. fundamentum relationis realis debet esse realis atqui vnitas specifica est fundamentum relationis

similitudinis qua reperitur inter individua eiusdem speciei Ergo datur talis unitas specifica et communis ante operationem intellectus.

R. concessa maj. neg. min. nam fundamentum relationis individuorum inter se est unitas non quidem realis, sed talis per quam natura est una in se.

R. 2°. hanc relationem fundari in unitate Idee.

Ob. 1°. quod a parte rei est in multis actu, est aptum inesse multis: atqui natura humana est actu in multis. Ergo e apta inesse multis, et ita habet alteram conditionem realitatis.

R. distinguendo maj. quod a parte rei e in multis, unum in multis est aptum inesse multis concedo quod est multiplex in multis nego. atqui natura humana e in multis multiplex cond. una eademq; in multis nego. ut autem esset realis deberet e apta essendi in multis una eademq; et cum indifferentia et indeterminatione ad multa.

Ob. 2°. reale est obiectum intellectus, atqui obiectum antecedit operationem intellectus.

Distingues obiectum intellectus antecedit eius operationem speculativam, non autem practicam.

Contra, reale est obiectum operationis speculativa

nam est obtum scientiarum.

R. vrle est obtum intellectus distingo ant. mãaliter concedo, frliter nego. sicut singulare est obtum sensus mãaliter, non autem frliter; nam sensus fertur in singularitatem, ita nec intellectus primario fertur in formam vrlitatis.

Dantur 5. vrlia.

Ob. 1°. genus et species ideo constituunt duo prædicabilia quia vnum prædicatur de pluribus specie differentibus, alterum de pluribus numero differentibus: atqui differentia generica, et differentia specifica ita se habent vt vna prædicetur de pluribus specie, altera de pluribus numero differentibus. Ergo differentia generica et specifica constituent duo distincta prdicabilia. Ergo &.

R. distinguendo maj. genus et species constituunt diuersa prdicabilia quia habent diuersum prdicandi modum; concedo. nam species prdicatur vt tota essentia, genus vero vt pars essentiæ. aliter nego. ad min. differentia generica, et specifica habent eundem prdicandi modum, nam vtraq; prdicatur vt pars essentiæ, ideo non constituunt duo distincta prdicabilia. licet vna de pluribus specie differentibus, alia de

pluribus indiuiduis predicetur.

Ob 2°. Indiuiduum vagum constituit ꝑdicabile distinctum a cæteris. Ergo &. Prob. ant. Indiuiduum vagum vt aliquis homo ꝑdicatur de pluribus, et non tanquam speties, aut genus &. Ergo est ꝑdicabile distinctum a reliquis.

R. indiuiduum ẽ constituere vꝰle. ad prob. dico indiuiduum non predicarj vniuoce de pluribus quod requiritur ad rationem vꝰbis, sed ꝑdicarj analogice, nam ea de quibus predicatur partim conueniunt in ratione indiuiduj, partim differunt. conueniunt quia sunt indiuidua. differunt quia id quod constituit vnum indiuiduum est diuersum ab eo quod constituit aliud.

Neutra Pposionum singularium contradicentium de futuro contingenti ẽ determinate vera, neutra determinate falsa.

Ob 1°. contingens ẽ determinate futurum ~~Ergo vna~~ vel ó futurum Ergo vna propositionum de futuro contingenti est determinate vera. Prob. ant. adueniente tempore significato per copulam res futura ẽ determinata ad esse, vel ad ó ee, et ó ẽ indeterminata. Igitur toto

tempore antecedente erat determinata ad fore vel ad ō fore, et ō erat indeterminata. Prob conq — nam fore respicit ēe, et ō fore respicit ō ēe.

R: negando antecedens, ad probām nego conq. ratio disparitatis ē, quod causa respectu contingentis — jrasentis est determinata, at vero respectu futuri est — indeterminata. ad probām distingo fore necessarium respicit ēe concedo, fore contingens et liberum nego.

Instabis futurum et praeteritum debent regulari ex — jrasenti, atqui praeteritum est determinatum ad fuisse, Ergo futurum est determinatum ad fore.

R: negando jaritatem jraterit, ad futuri, nam — jraeteritum jotest habere determinām ex jrasenti — quod iam fuit, at vero futurum ō jotest accijere — determinām ex jrasenti quod nondum est.

Ob 2°. illa jpōsio est determinate vera quae est — determinate conformis suo obto: atqui una jpōonum de futuro contingenti est determinate conformis suo obto. quod Prob. illa jpōo ē determinate conformis obtō — quae enunciat id quod re vera obtoconuenit pro ea temporis differentia qua jpercoqulam importatur: atqui una jpōonum ita se habet.

R: concessa maj. negando min. ad jprob. distingo maj. —

illa ꝓpõ ẽ determinate vera quæ enunciat id quod obtõ convenit, si hoc sit determinatum concedo, aliter nego. nam si obtum sit indeterminatũ ab eo õ potest peri determinata veritas siquidem ꝓpõ ita se habet ad veritatem sicut obtum ad esse.

Instabis si petrus nunc disputat vera est orãõ quæ dicit eum disputare. Ergo etiam fuit heri verum dicere Petrus cras disputabit. Prob. consq. nam disputãõ Petri nunc præsens, erat heri futura.

Rꝯ concesso antecedenti negando consq. dd ꝓbationem distingo pro quæ nunc est præsens erat heri futura futuritione determinata nego, futuritione determinanda per præsentiam vel futuritione demumenda ex præsentia concedo. quæquidem futuritio non potest tribuere veritatem determinatam.

Obj.° si disputãõ Petri õ ẽ determinate futura. Igitur qui dicit Petrus cras disputabit, qui etiam dicit Petrus cras õ disputabit, falsũ dicit. Ergo vtraꝙ pars contradictionis erit falsa.

Rꝯ dum dicitur Petrum cras disputabit, Petrus

cras ō disputabit sī sensus sit quod Petri disputatio
ē determinatè futura, aett determinatè ō futura, ___
vtrumq; est falsum quod Petrus determinate disputabit,
vel determinate ō disputabit. neq; ista sunt ___
contradictoria, sed de dicto contradictorio: sicut ___
Petrus necessario sedet, et Petrus necessario ō sedet, ō sunt ___
contradictoria, sed vtrumq; est falsum.

Ob. 4°. vna ꝓpoonum vrlium de futuro contingenti ___
est determinate vera, vel falsa. Ergo similiter vna ___
ꝓpoonum singularium erit determinate vera.

Rꝺ dato añcd. negando consequentiam, nam alia ē ___
rō singularium, et vrliūm ꝓpoonum; nam in ___
materia contingenti vrlis est semper falsa in quocunq; ___
tempore, ꝑtlaris vero semper ē vera.

Ob. 5°. Ꝓpoones de futuro contingenti ꝓvolatæa Christo ___
et a Prophetis fuerunt determinatè vere. Ergo vna ___
ꝓpoonum de futuro contingenti est determinate vera.

Rꝺ distinguendo ant. ꝓpoones ꝓvolatæ a Christo fuerant ___
determinate vera in ordine ad obtum vt ꝓsens Deo ___
aij cuncta ꝓsentia sunt concedo, in ordine ad obtum ___
vt futurum et vt speratum in suis causis, negatur. ___
Ergo vna ꝓpoonum ē determinatè vera, nego conq. ___
vel similiter distgo. loquimur autem hic de ꝓpoonibus

in ordine ad obtum finem, et prascindendo a divina prascientia, et à decreto prædeterminante.

Conclusiones Morales.

Beatitudo obtiua est bonum increatum. Deus opt. max.

Ob. Bonum beatificans debet esse proportionatum beato; atqui Deus non est bonum proportionatum homini cum sit infinitum. Ergo &c.

R. distinguendo minorem. Deus non est proportionatus homini infinito modo possidendus concedo, finito modo possidendus nego.

vel R. Deus ô è proportionatus homini ô elevato per lumen gloriæ, et essentiam divinam sungentem vice speciei impressæ concedo, hôi elevato nego.

Beatitudo filii essentialiter includit visionem intuitivam divinæ essentiæ et amorem eiusdem.

Ob. 1°. actus voluntatis ô potest esse possessio summi boni quod patet quia voluntas est appetitus, atqui appetitus est tendentia in obtum ô vero consequitio obti. Ergo.

R. d negando ant. ad probãonem neg. min. nam appetitus cum ex sua rãone versetur circã bonum potest bonam possidere cum nulla alia possessia versetur circa bonum quatenus bonum.

Dices beatitudo frlis est noster ultimus finis et primum appetibile: atqui ultimus finis ô é actus voluntatis. Ergo.

R. beatudo obtiua est ultimus finis et primum appetibile, non autem beatitudo frlis, vel si beatitudo frlis est ultimus finis, ô vt producta sed vt producenda erit ultimus finis, siue vt apprehensa; nam ej voluntas apprehendat amorem dej vt suam felicitatem quare eam ô poterit appetere.

Ob. 2°. sunt tres actus voluntatis amor, desiderium, delectatio, atqui neuer ex illis potest esse possessio summi boni. Ergo. Prob. min. nam amor desse praescindit à praesentia, vel absentia obtj. Ergo non potest esse possessio obtj quae dicit praesentiam obtj.

R. negando min. ad probãonem ~~concess~~ distingo ant. amor absolute abstrahit à praesentia, vel absentia obtj concedo, amor fruens nego. in tali autem amore sita est beatitudo. sicut cognio absolute

abstrahit a præsentia obj et tamen datur quædam cognitio minimum intuitiva qua postulat præsentiam obiecti.

Ob. 3°. idem est amor specie in nobis et in beatis atqui in nobis non reddit nos beatos in via. Ergo beatitudo non consistit in amore.

R. data maj. distinguendo minorem, amor Dei ô reddit nos beatos quia ô est iunctus visioni concedo si esset iunctus visioni nego; nam beatitudo ô in solo amore consistit, sed in amore iuncto visioni.

Ob. 4°. beatitudo consistit in operâone nobilissima, atqui operâo voluntatis nobilior est operâone intellectus. Ergo in sola operâone voluntatis beatitudo consistit.

R. disg. maj. beatitudo consistit in operaone nobilissima in genere entis nego, in genere possessionis concedo: atqui operâo voluntatis nobilior ê operâone intellectus in genere entis transeat, in genere possessionis nego. nam ô est aptior ad possidendum obtum.

Ob. 5ª. beatitudo est vltima hominis perfectio, atqui delectatio ê eiusmodi. Ergo beatitudo consistit in delectâone. minor probatur illa operâo est perfectior qua est prima in intentione, et est finis

caterarum; atqui delectáo est prima in intentione sicqueidem est vltima in executione, quod autem est vltimum in executione est primum in intentione.

Rf neg. min. ad pbáonem concesa maj: neg. min. ad pbáonem distg. delectáo est vltima in executione vt forma intenta nego, vt appendix et resultantia forma intenta concedo, similiter distingo quod est vltimum in executione, vel vt forma intenta est primum in intentione concedo, quod est vltimum vt appendix et resultantia forma intenta illud est primum in intentione nego. nam aliter ó forma esset finis generáonis et prima in intentione, sed proprietates forme.

Instabis dolor est summe fugiendus. Ergo delectáo est summè appetenda.

Rf distinguendo ant. secundum rectam rationem nego, nam secundum vanam ráonem primo culpa deinde pena fugienda est.

CC. 6°. beatitudo obiectiua nim. Deus est quid vnum et simplex Ergo beatitudo filii ei respondens est vna simplex operáo ó vero duplex.

Rf é quid vnum et simplex secundum se concedo, virtute et ráone nego. nam Deus licet sit simplex tamen sub

multiplici vãone prouideri potest.

Instabis cætera res vnica operãone conseguuntur suum finem. Ergo et natura rationalis.

R̃ distinguendo ant. vbi res ó habent plures potentias perficiendas concedo, vbi habent plures potentias perficiendas nego. at vero in homine sunt plures potentia quæ perfici debent per habitudinem.

Libertas definitur potentia quæ positis requisitis ad agendum potest agere vel ó agere seruato ordine finis.

Ob. 1º. libertas in eo sita est quo agens liberum differt a necessario atqui agens liberum differt a necessario per potentiam agendi, vel ó agendi simpliciter et absolute, Ergo. Prob. min. nam agens liberum positis requisitis ad agendum potest agere vel ó agere, necessarium autem ó potest ó agere.

R̃ negando minorem ad probãonem dico in eo differre agens necessarium a libero quod necessarium ó potest ó agere, liberum autem potest agere, vel ó agere in quantum patitur ordo finis.

Vrgebis sed si ordo finis patitur vt agat et non patiatur vt non agat, ó differet tunc agens

liberum à necessario.

R. quod etiam tunc agens liberum differet à necessario, quia est indifferens circa actionem in se sumptam quod sufficit ad libertatem; ô autem est indifferens circa actionem vt necessariam ad inhærendum fini.

Ob. 2°. libertas consistit in indifferentia actiua, atqui talis indifferentia dicit potentiam ad agendum, et ô agendum. Ergo in tali potentia consistit libertas.

R. libertas consistit in indifferentia actiua absolutè et sine limitatione sumpta, negatur, consistit in indifferentia actiua temperata ordine finis concedatur.

Ob. 3°. in eo præcipuè consistit libertas ex quo prouenit vt actiones hominis sint dignæ laude, vel vituperio: atqui hoc prouenit ex potentia quam habet ad operandum et ô operandum absolutè igitur libertas consistit in tali potentia.

R. data maiori, distingo ~~minorem~~ minorem hoc prouenit ex potentia quam habet homo agendi et ô agendi saluo ordine finis concedo, quam habet agendi et ô agendi etiam præmittendo ordinem finis negatur. nam Christi domini actiones erant laude et merito dignissima, nec tamen habebat potentiam agendi et ô agendi præmisso ordine finis.

Instabis praecepta, leges, consultaones sunt indicia potentiae quam habet homo agendi et ō agendi simpliciter. Ergo in tali potentia consistit libertas.

Rℙ ista esse indicia liberti mixta cum potentia peccandi qualis est nostra dum hic viuimus. Verum ista defectus ō è de essentia libertatis ecd pertinet ad eius imperfectum existendi modum.

Instabis 2°. si homo sit ita confirmatus in gratia vt ō possit praetermittere opus praeceptum a Deo, Ergo ita agens vt ō possit ō agere, quare ō meretur agendo.

Rℙ 1°. hanc instantiam pugnare cum merito Christi qui meruit tamen ō potuerit ō adimplere mandatum patris.

Rℙ 2° qui est confirmatus in gratia ō potest praetermittere opus inse sumptum nego, ō potest praetermittere opus vt praescriptum a Deo concedo. Ergo ō meretur, nego consequentiam. hoc enim sufficit ratione meriti vt sit homo indifferens circa actum sub aliquo respectu.

Ob. 4°. in eo consistit libertas quo homo est

dominus suarum & actionum: atqui talis est per potentiam quam habet ad exercendas suas operaones. Ergo &.

R. distinguendo maj. in eo consistit libertas quo homo constituitur dominus suorum actuum dominio creato et subordinato Deo concedo. dominio ó subordinato et ó subdito Deo vt suo vltimo fini negatur, ad min. dicimus, quod homo constituitur dominus dominio cum subiectione ad Deum per potentiam agendi seruato ordine finis, hoc autem dominium solum competit homini.

Ob. 2°. si libertas tantum dicat potentiam agendi et ó agendi saluo ordine finis, actio prava quæ ó procedit à tali potentia sed potius à potentia deflectendi ab vltimo fine, ó erit libera falsum consequens. Ergo et antecedens.

R. distinguendo maj. actio prava ó procedit a potentia libera pura et perfecta concedo, a potentia libera mixta defectibilitati negatur.

Voluntas ó potest velle malum sub rãone mali.

Ob. 1°. potest intellectus apprehendere odium Dei

sub ratione mali, et voluntas potest ferri in illud sub ratione mali Ergo voluntas potest velle malum sub ratione mali.

R. negando voluntatem posse velle odium dei nisi sub aliqua ratione boni quatenus apprehendit Reum vt sibi malum, puta inimicum, vel severum, vel iudicem damnantem scelera et pœnas infligentem.

Ob. 2° Potest aliquis velle inimico malum vt malum est. Ergo voluntas potest velle malum vt malum. R.

R. distinguendo potest velle malum quatenus malum inimici est bonum sibi concedo, aliter nego.

Virtutes omnes exepta iustitia consistunt inter duo vitia.

Ob. 1°. ô é potior ratio iustitiæ quam cæterarum virtutum. Ergo nulla thesis.

R. hanc esse rationem, ~~nam~~ quod contra iustitiam tantum peccatur dum alteri minus tribuis, at dum plus tribuis, quam debeas, ô é iniustitia sed actus alterius habitus siue honesti, siue pravi.

Ob. 2°. Virtus latriæ qua Deo tribuitur honos

ó est in medio; nam ó potest plus nimis honorare Deum.
Ergo ó omnes virtutes consistunt in medio.

R. virtus hastiae non consistit in medio prout respicit cultum externum puta genuflexiones, oblationes &c. — nego. prout respicit cultum internum concedo. hic autem tantum loquimur de virtute morali ó autem de supernaturali et divina, qualis est Caria.

Virtutes omnes in statu perfecto connexae sunt.

OB. 1°. Si virtutes essent connexa vel ratione obiorum, vel ráone communi subti; atqui neutrum dici potest; nam habent diuersa obta puta temperantia, delectationes, fortitudo, terrores &c. habent etiam diuersa subta, cum una sit in intellectu altera in voluntate, alia in appetitu sensitiuo. Ergo &c.

R. virtutes esse connexas ratione motiui; quod idem est omnium virtutum, puta bonum honestum. coeniim ipso quo quis perfecte inclinatur in bonum honestum in una materia disponitur est vt sequatur et eligat bonum honestum in quacunq; materia.

R. 2°. virtutes esse connexas in prudentia sine qua nulla virtus habetur, et cum qua omnes simul habentur.

Dices potest aliquis habere scientiam circa vnum obtum et ō habere circa aliud. Ergo similiter potest quis habere prudentiam in vna materia virtutis et ō habere circa aliam.

R℔ negando paritatem, nam principia scientiarum sunt propria et diversa, principia vero prudentiæ communia sunt omni materiæ practicæ.

OB.2°. si virtutes connexa sunt, et habita vna omnes simul habentur, nullus potest habere virtutem perfectam. quod patet quia nullus sibi potest comparare virtutes omnes, quia nulli homini potest occurre materia omnium virtutum.

R℔ negando sequelam ad probōnem, dico sufficere ad hoc vt aliquis sibi comparet virtutem in statu perfecto vt sit bene affectus circa omnes materias virtutum, et circa honestum in se sumptum.

Conclūones Physicæ.

Dantur tria principia generōnis materia, forma, et priuatio.

OB. 1°. Res naturales pendent etiam ab efficiente et à fine. Ergo plura sunt principia, quàm tria.

R℔ distinguendo antecedens, res nāles pendent ab efficiente et à fine tanquam à principiis extrinsecis concedo, intrinsecis nego. hic autem quærimus quæ

sint principia intrinseca generationis.

OC. 2°. forma ó est principium generationis; quod prob. principium generationis debet esse prius generatione, atqui forma est posterior generatione, cum sit eius terminus. Ergo.

R. ~~D~~ negando ant ad prob. dico formam esse priorem generatione quoad intentionem. 2°. forma est prior generatione completa et terminata quamui ó sit prior generatione complenda et terminanda.

OC. 3°. quod ó est per se ens ó potest esse principium rerum naturalium, atqui privatio per se est ó ens. Ergo.

R. distinguendo, ó potest esse principium influens esse et ut vera causa concedo, principium et terminus a quo in suo fieri accedunt nego.

Vrgebis. si privatio est principium generationis maxime quia ab ea incipit generatio, atqui hoc etiam convenit formae expulsae quae tamen ó ponitur principium generationis.

R. id convenit formae ~~expl~~ expulsae per accidens concedo, per se nego; nam est per accidens quod expellatur haec vel illa forma, at vero est per se quod expellatur privatio formae generandae.

Materia nullam habet existentiam propriam sed eam à forma mutuatur.

Ob. 1°. Si existentia materia esset a forma sequeretur materiam toties interire quoties priorem formam abijcit. Sequela prob. tunc res interit cum amittit existentiam tunc producitur cum eam recipit, atqui ita se haberet materia. Ergo generaretur corrumperetur.

R. negando sequelam. ad probationem distingu maiorem. si ó habuerit antea existentiam concedo generari, si prehabuerit nego. similiter interit amittendo existentiam si aliam ó recuperet concedo, si recuperet nego. at materia cum exuitur una existentia aliam continuo suscipit et ita acquirit vt aliam prehabuerit.

Ob. 2°. materia existens ó est effectus formæ substantialis. Ergo materia ó accipit existentiam à forma. Prob. ant. effectus ó est prior sua causa, atqui materia existens est prior forma. Ergo.

R. negando antecedens. ad probationem concessa maj. ~~et nego~~ distinguo min. materia prior est forma quantum ad essentiam et potentiam receptivam concedo, quantum ad existentiam nego. sufficit

autem vt subtum prius sit secundum potentiam receptivam ó autem secundum existentiam.

Exemplar est vera causa et a cæteris distincta.

OB. 1°. exemplar potest revocari ad formam, quia aliquo modo speciem et determinationem tribuit operi. Ergo.

R. si eo titulo exemplar revocari debeat ad formam quia in aliquo cum ea consentit, debet etiam revocari ad materiam quia passivè causat sicut materia.

OB. 2°. causa exemplari revocatur ad efficiens; nam agens per intellectum ó est completum nisi forma Idea, Ergo Idea est complementum agentis.

R. similiter agens ó potest agere nisi proposito aliquo fine. Ergo si valeret hoc ratio finis ó esset distincta causa, sed complementum agentis.

OB. 3°. forma phyica identificatur cum efficiente. Ergo forma intelligibilis, seu Idea identificatur cum artifice seu efficiente per artem. patet conseq. nam eodem modo se habet forma intelligibilis ad artefactum quo modo forma phyica ad effectum naturalem.

R. negando conseq. nam forma phyica pura forma

Ignis produxit effectum, per veram actionem ab ipsa
prodeuntem, at vero forma intelligibilis ō influit
in effectum, sed se habet velut obtum et mere passive
unde nullo modo habet rationem efficientis sicut forma
physica.

Instrumentum ō agit nisi motum a principali agente.

OO. 1°. multa instrumenta agunt sine motione
recepta à causa principe, vt calor naturalis producit
chylum et sanguinem nihil accipiendo ab anima
&. Ergo. &.

R. negando antecedens ad probationem ~~duco~~ dico
calorem naturalem ō esse instrumentum animæ sed
eius virtutem quæ ō constituit causam distinctam
ab ipsa anima.

OO. 2°. Si instrumenta debeant moueri à causa
principe maxime vt eleuentur et fiant proportionata
effectui producendo. atqui instrumentum nunquam
potest proportionari effectui, alias ō instrumentum
esset sed causa princeps.

R. concessa maiori negando minorem ~~ad prob~~.
nam instrumentum potest proportiori effectui
et illum continere ō tanquam causa princeps

sed in ordine instrumenti.

Non potest agens naturale agere in distans nisi prius agat in medium.

Ob. 1°. plures experientias; nam 1°. magnes attrahit ferrum, nec tamen attrahit aerem in ter medium.

R. magnetem diffundere suam virtutem per totum medium, solum autem ferrum attrahi quia est capax huius mutationis, ô autem alia corpora.

Idem dico de torpedine qua ô stupefacit lineam aut baculum sed manum piscatoris qua sola apta est ad recipiendum hunc effectum.

Idem etiam dico de fascinatoribus et vetulis infuentibus pueros suo habitu. vicina enim corpora inepta ad hunc effectum ô illum suscipiunt.

Ob. 2°. Phantasia mouet appetitum a se distinctum ergo.

R. phantasiam et appetitum coniungi in eadem anima tanquam in radice vnde vna poterit moueri ab alia propter commune subtum.

Ob. 3°. partes cebeti superiores calidiores sunt inferioribus. Ergo ignis agit in distans, non agendo per medium.

R. ignem ô agere validius in remotas partes aqua

quam in proximas. quod autem partes lebeti superiores magis calescant id inde fit quod calidiores partes ascendunt cum leuiores sint, partes autem frigidiores propter maiorem grauitatem descendunt.

Conclusiones ex libri de Calo &. Cali natura sua sunt corruptibiles.

OB. 1°. nulla dantur generaciones, vel corruptiones in calis, Ergo calum ó est corruptibile.

R̄ multas apparuisse stellas de nouo genitas in calis vt anno 1574 in constellatione Cassiopeiæ.

Celum mouetur, terra immobilis permanente.

OB. natura ó & admittit magnum motum vbi parues potest esse sufficiens: atqui motus terræ sufficiens est. Ergo &

R̄ distinguendo maj. si parues est æque commodus et conueniens concedo, aliter nego, et motus terræ esset admodum incommodus nec in tam rapida conuersione ædificia et vrbes stare potuissent

Cælum ó mouetur à propria forma
sed ab intelligentia assistente.

Ob. 1º. elementa et alia corpora naturalia mouentur
à propria forma, et à principio intrinseco. Ergo etiam
cælum debet moueri à propria forma.

Rc negando paritatem. nam alia corpora mouentur
solum propter propriam perfectionem, unde mouentur à
propria forma qua procurat perfectionem totius:
at vero cælum ó mouetur propter bonum proprium
sed propter bonum vniuersi, unde ó mouetur à propria
forma sed à forma procurante bonum vniuersi.

Ob. 2º. motus naturalis debet prodire a natura
et à propria forma atqui motus cæli est naturalis.
Ergo. &c.

Rc distinguendo maj. si sit naturalis, et consentaneus
inclinaõni in bonum proprium concedo, si sit naturalis
seu consentaneus inclinaõni in bonum commune nego,
ad minorem distingo motus cæli est naturalis quia
consentaneus inclinationi quam habet cælum in bonum
commune concedo quam habet in bonum proprium
nego.

Non potest virtute náalj idem
numero effectus corruptus reproduci.
Ob. 1°: tata diuersitas in rebus productis oritur ex
diuersitate materia, vel ex diuersitate efficientis: Ergo
vbj erit eadem materia, et idem efficiens orietur
idem effectus; atqui eadem materia potest applicari
eidem agenti. Ergo idem numero effectus orietur inde.
R. ad diuersitatem numericam sufficit diuersitas
materiæ vel efficientis, ó tamen ad Identitatem
numericam sufficit identitas materiæ vel efficientis
nisi adsint alia circunstantia eadem vt tempus &.
Ob. 2° res iam producta manet in potentia
sui subjecti et suæ causæ. Ergo poterit reuerti eadej
ab illo per virtutem agentis naturalis.
R. negando antecedens nam causa naturalis respicit
effectum producendum in talibus circunstantiis
quarum vna est quod ó fuerit ante productus.
quare per sui productionem egreditur ex sphæra
et virtute naturali tum materiæ tum agentis.
Idem numero effectus corruptus potest
iterum diuina virtute produci.
Ob. potentia productiua non dicit ordinem ad

factum, seu productum, sed ad producendum. Ergo R.

nulla potentia productiua seu extendit ad veniam

productam.

R. distinq. ant potentia productiua naturalis quæ

pendet in sua actione à certis quibusdam circunstantiis

concedo. potentia diuina nego.

R. 2° potentiam productiuam ô respicere rem productam

vt productam, sed vt producibilem.

Elementa remanent in mixto sedum suas formas substaales.

OB. 1°. si formæ elementorum insunt mixti vel

insunt remissæ et refractæ, vel integræ et perfectæ,

neutrum dici potest non enim insunt integræ quia

sic ô esset perfecta mixtio, nec etiam sunt refractæ

quia formæ substantiales ô possunt intendi aut

remitti quod prob. quia substantia ô suscipit magis et

minus.

R. formas remanere refractas ad id quod contra

dicitur. formæ substantiales ô intenduntur, nec

remittuntur distingo forma substantiales quæ ô

ordinantur ad mixtionem concedo, formæ quæ ordinantur

ad temperamentum et mixtionem, vt sunt formæ

elementorum nego.

Ob. 2°. alienum est a ratione in medio maris ignem reperiri, atqui ibi nascuntur pisces. Ergo ligneum est elementa & ineste mistis.

R^p distinguendo maj. forma ignis & est in medio maris, et in piscibus perfecta et illesa concedo, refracta et retusa nego.

Instabis si forma ignis esset in misto posset conseruari cum summo frigore, atqui hoc est falsum. Ergo.

R^p similiter: formas elementorum refractas posse seruari cum contrariis qualitatibus valde intensis, quemadmodum videmus aquam seruari etiam cum summo calore dum fervet.

Ob. 3°. Si forma elementorum essent in misto deberet simul cum eis admitti forma misti, atqui hoc dici & potest. nam plures formæ substantiales & possunt esse in eodem subto simul.

R^p concessa majori, negando min. ad prob. distg. plures forma substiales & possunt ee in eodem subto & subordinatæ concedo, subordinatæ nego. forma autem elementorum sunt subordinatæ formæ misti.

Instabis individuum substantiæ est completum nec potest alterius compleri, atqui ~~for~~ materia

cum forma elementi constituit individuum Ergo ó potest vlterius compleri et terminari.

R̄ distinguendo maj. Individuum est completum in sua specie et natura concedo, in ordine ad ferream naturam respectu cuius sit in potentia nego. Ergo ó potest vlterius compleri in eadem specie concedo, in ordine ad aliam speciem nego. porrò elementa sunt in potentia ad formas mixtorum.

Ob. 4°. termini generationi a quo, et ad quem ó possunt esse simul, atqui forma elementorum sunt terminus a quo forma verò mixti terminus ad quem Ergo ó possunt ea simul.

R̄. 1° privationem ó vero formas elementorum esse terminum a quo generationis.

R̄. 2° data maj. dist. min. forma elementorum sunt terminus à quo perfecta et integra concedo retracta, et retusa nego Ergo ó manent in mixto distingo perfecta concedo, retusa nego.

Instabit generatio vnius est corruptio alterius. Ergo dum generatur forma mixti corrumpuntur formæ elementorum.

R̄ dist. ant. generatio vnius est corruptio alterius secundum omnem rationem nego, secundum aliquam rationem concedo. ~~Ergo~~ elementa autem corrumpuntur in esse et ratione totius et induunt rationem partis, non

ante generationem, erant tota quædam, post generationem sunt partes dumtaxat.

Instabis 2°. Subtum generationis et formæ est ens potentia ó actu per formam. Ergo.

R. dist. ant. est ens in potentia in ordine ad formam perfectam concedo in ordine ad omnem formam nego. vel non est in actu ultimato completo concedo in actu subordinato nego.

Dices. si' quatuor elementa sint in mixto secundum suas formas eadem res vocabitur ignis, aer, aqua, terra quod est falsum. Ergo.

R. negando sequelam. nam totum ó denominatur nomine partis elementa autem sunt partes mixti unde ó denominant mixtum nisi in concreto et adiectiuè vt dicitur homo terreus, igneus &c.

Dantur 4 elementa tantum.

Ob. 1°. non datur ignis infra concauum lunæ. Ergo probatur ant. corpus illud ~~non~~ non habet proprietates ignis nam nec combusit nec lucet,

R. negando ant. ad prob. distingo ó habet proprietates ignis impuri et terrestris concedo, puri et defecati nego. lucere autem consequitur

ad densitatem ignis, comburere autem et egere fabulo convenit igni qui ô est in connaturali loco et indiget fabulo quo in eo detineatur ne evolet.

Conclusiones Methaphysicæ.

Essentiæ creaturarum ô sunt ab æterno aliquid reale distinctum a Deo.

Ob. 1°. Ens reale est quod existit aut potest existere atqui essentiæ creaturarum antequam existant possunt existere. Ergo sunt reales

R. distinq. ~~maj~~. min. res creatæ possunt existere potentia creatori conced, potentia quæ in ipsis est nego, Ergo sunt reales in sua causa concedo, in se nego.

Instabis ô tum divinæ cognitionis est aliquid reale, atqui essentiæ creaturarum sunt ab æterno divinæ cognitioni ô tum.

R. distinguendo maj. debet esse aliquid reale vel in se, vel in Deo concedo, in se tantum nego. ad min. dico res creatas præexistere ab æterno in divina essentia et potentia sicqz à Deo cognosci.

Ob. 2°. ô ta scientiarum sunt ab æterno, atqui essentiæ creaturarum sunt ô ta scientiarum. Ergo. Prob. maj. nam

de obtis scientiarum formantur propositiones aeternæ veritatis.

R. distg. maj. obta scientiarum sunt ab æterno in se nego, in sua causa concedo et in divina cognitione. ad prob. dico de obtis scientiarum formari propositiones æternæ veritatis quatenus possunt reduci ad sensum hypotheticum v. g. si est homo est animal.

Obj. 3°. nisi essentiæ creaturarum sint aliquid ab æterno ô potest assignari ratio cur alia res sint potius possibiles quam alia pura cur Petrus qui nondum natus est sit potius possibilis quam hircocervus, falsum cons. Ergo etant.

R. hanc rationem posse assignari quia aliæ res continentur in divina potentia, aliæ non.

Instabis. at cur aliquæ potius continentur in divina potentia quam aliæ si nihil eum in seipsis. &

R. aliæ contineri quæ scilicet habent rationem entis, et non implicant contradictionem, aliæ vero non contineri quia implicant contradictionem.

Inhæsio actualis ô de accidentis essentia.

Ob. 1°. Ex Arle impossibile accidens esse

sine eo subio in quo est. Ergo inhaio actualis est de essentia accidentis.

R. disting. ant. spectato naturæ ordine concedo — divina virtute et potentia nego. Philosophus autem cum esset destitutus lumine fidei ó spectauit nisi communem naturæ cursum.

Materia signata est primum et intrinsecum principium individuationis rerum mãalium.

Ob. 1.º materia est communis variis formis et individuis — Ergo ó potest esse principium individuationis.

R. distg. ant. materia secundum se sumpta concedo, signata id est affecta quantitate et dispositionibus, aut ipso vt sabeit potentiæ et exigentiæ earumdem negatur.

Instabis si materia signata sit principium individuationis individuum erit ens per accidens, falsum consequens, Ergo.

Prb. sequela maj. illud est ens per accidens quod includit substantiam et accidens, atqui individuum includet materiam signatam id est materiam cum quante. Ergo.

R. negando sequelam maj. ad ptbationem distingo maj. quod includit substantiam et accidens tanquam partes constituentes concedo, tanquam connotatæ nego: atqui individuum includit dispositiones et accidentia —

tanquam connotata, nam primario et per se dicit materiam ut capacem et poscentem huiusmodi accidentia.

Instabis 2°. potest dari substa singulari et individua sine accidentibus. nam si Deus potest conseruare accidentia sine substâ, quanto magis substaam sine accidentibus conseruare potent. Ergo substantia individua in sui constitutione ô includit accidentia.

R̄ distinguendo ant. potest dari substâ singulari sine accidentibus qua actu habeat concedo, qua habeat, vel exigat negatur. Ergo ô includit accidentia qua actu insint transeat, qua insint vel debeant inesse negatur.

Ob. 2°. compositum in communi differt per formam in communi. Ergo compositum in particulari differet per formam in particulari.

R̄ compositum in communi differt per formam in communi differentia specifica concedo, numerica nego. Ergo compositum in particulari differt per formam distinctione specifica, non autem numerica. nam distinctione numerica primo distinguuntur per materiam signatam, secundario vero per formam.

Instabis 1°. illud est principium indiuiduationis per quod vnum indiuiduum ab alio distinguitur, sed per formam, vnum indiuiduum ab alio distinguitur. nam actus est qui separat, et qui distinguit. Ergo.

R. concessa maj. negando min. ad gbaonem actus est, seu forma quæ separat distinctione specifica concedo, numerica nego.

Instabis 2°. causa diuersitatis in materia est forma. nam sicut materia est propter formam, ita diuersitas materiæ est propter diuersitatem formæ. Ergo principium indiuiduationis est forma & materia.

R. distinguendo ant. causa finalis indiuiduationis est forma concedo, causa radicalis nego. nam licet mâa sit propter fram tamen mâa ê de ratione radicis indiuiâonis.

Instabis 3°. illud est principium indiuiduationis quo res habet eê vnum, atqui res habet vnum esse per formam, nam forma est quæ dat esse rei. Ergo.

R. distg. min. res habet eê specificum, et essentiale concedo, res habet esse indiuiduale et numericum per formam nego.

C. 3°. eadem forma potest esse in diuersis subtis

qua est potens agere. et ó agere nego. Ka autem indifferentia pertinet ad libertatem, ó autem alia.

Ob. 3°. omnis suppositio antecedens qua posita ó potest ó poni actio tollit libertatem, at pravmóo est suppositio antecedens omnem operationem et omnem usum voluntatis Ergo tollit libertatem.

R. suppositio antecedens qua posita ó potest ó poni actio in sensu diviso tollit libertatem concedo, si ó possit ó poni actio in sensu composito nego tollere libertatem, quia solum tollit actum oppositum ó vero potentiam ad actum oppositum unde talis suppositio ó est pravus antecedens potentiam liberam;

R. 2°. suppositio antecedens qua ~~dat~~ agere libere, et est consentanea exigentia causa libera tollit libertatem nego, qua ó est consentanea nego dat nobis, sed auferit agere libere et modo consentaneo nostra natura concedo tollere libertatem.

Ob. 4°. potentia libera debet seipsam determinare, atqui si detur pravmotio voluntas ó determinabit seipsam, sed a Deo determinabitur. Ergo ó erit potentia libera.

R. data maiori negando minorem, vel dist. g. voluntas ó se determinat tanquam causa prima concedo tanquam causa secunda nego, nam determinata determinat et nota. movet sed quam.

R. 2°. voluntatem se determinare adhaerendo determinationi divinae et quatenus transit ab indifferente circa actionem in se sumptam ad determinatam circa actionem ut prascripta vel iussam a Deo.

OO. 3°. si Deus praemovet ad actus malos erit author peccati falsum consequens ergo etc.

R. distinguendo maj. si Deus praemoveat tum ad entitatem tum ad malitiam actus praej concedo si praemoveat ad entitatem tantum nego.

Instabis ille praemovet ad malitiam qui praemovet ad entitatem actus, nam cum malitia sit privatio ó potest aliter causari quam causando eius fundamentum puta entitatem physicam actus: atqui ex concursu Deus praemovet ad entitatem actus. Ergo praemovet ad malitiam.

R. 1°. retorquendo arg. si Deus é author peccati quia praemovet ad entitatem actus, quare similiter ó

evit author pecti præbendo concursum
simultaneum ad entitatem actus quem concursum
aduersarij admittunt, nam quidquid in
præmonem dici potest idem potest in
concursum simultaneum regvj.
Ro distinguendo maj. ille mouet ad malitiam
qui mouet ad entitatem actus, si præmoueat
tanquam causa moralis concedo, si præmoueat
tanquam causa prima et vtilis nego. atqui
Deus præmouet ad entitatem actus tanquam
causa moralis et subdita regulis morum, et
mediante consilio, sed tanquam causa prima
et vtilis et ad exigentiam causæ secundæ.
vnde nullo modo est author malitiæ.
Rl 2°. malitiam vt pote defectum postulare
causam efficientem, sed deficientem tantum.
Deus autem est causa efficiens dumtaxat non
autem deficiens, vnde in eum refundi
debet omnis entitas actus et perfectio, non
autem defectus.
Instabis nulla est exigentia præmonis
ad actum præmum in creatura Ergo Deus
præmouendo ad actus prauos non aberra
labe peccati.
Rl peccata priora ex exigentiam ad præmonem

in actus pravos sequantes. exigentia autem ~~ad~~
pravóonis ad priora peccata potest refundi in
peccatum originis cuius in animo relicta cupiditas
et ad malum propensio exigit vt Deus ad actum
praum hominem praemoueat. porro repudiáo
gratiae priino homini et angelis oblata fuit exigentia
praemóónis ad primum peccatum tum hominis,
tum ángeli.

Benigy resp. potest ad hanc totam difficultatem
praemóonem nullomodo praemouere ad malum sed
quantum in se est esse conuersionem hominis ad Deum
quod autem homo praemóone ad malum tendat id
prouenire ex imperfecta receptione praemotionis,
quatenus homo ó sortitur totum praemoonis effectum,
sed in creaturis haeret, nec vltra eas segy totum
in Deum refert qui est totalis et integer praemóonis
effectus.

OC. 6°. sj detur praemóo voluntas sine illa ó poterit
operarj, atqui quando ó operatur ó adest praemóo.
Ergo cum ó operatur ó potest operarj. Ergo nulla omissio
erit peccatum.

R. disty. min. quando ó operatur ó adest praemóo ~~vel~~
negy efficax negy sufficiens nego, ó adest praemóo
~~sufficiens~~ efficax concedo, Ergo ó potest operarj nego

consequentiam. nam cognitio honesti et intensio boni qua debemus ferri in Deum est proxmõ sufficiens ad bonum quæ nunquam deest homini.

Ob. 1°. causæ necessariæ suapte natura determinatæ sunt ad suos effectus et positis requisitis ad agendum ó possunt ó agere. Ergo frustra in eis admittitur proxmo physica.

Rp distg. ant. causæ necessariæ determinatæ sunt ad suos effectus in specie concedo, in individuo nego. Ergo ó indigent proxmouerj, ad speciem transeat ad individuum nego.

Rp. 2°. causas necessarias esse causas secundas quæ ó mouent nisi mouentur à prima.

Admittendus est concursus simultaneus et cooperatiõ Dei ad omnes actus causarum secundarum.

Ob. 1°. si Deus concurrat ad effectus creatos idem effectus esset a duabus causis totalibus, falsum consequens. Ergo et ant.

Rp distg. maj. idem effectus esset a duabus causis totalibus diversi ordinis concedo, eiusdem ordinis nego: veldistingo subordinatis concedo, ó

subordinatis nego, ꝺ repugnat autem eundem effectum esse à duabus causis totalibus in diverso ordine et quarum una sit alterj subordinata.

Ob. 2°. sj Deus concurrit ad actus malos erit particeps malitiæ falsum consq. Ergo et ant.

Rſ. negando seq. maj. nam Deus concurrit ad actionem malam, quod ordinabilis est ad Deum, ꝺ autem quod avertit ab eo. nam concurrit in genere physico qua actio illa bona est, ꝺ autem in genere moris, quo in genere Deus potius avertit ab illa actione quam ad illam convertat.

Rſ. 2°. Deum concurrere ad actum malum secundum legem et debitum causarum quæ ꝺ debet denegare suum concursum causæ secundæ illum ponenti, at vero causa secunda libera concurrit ad eundem contra debitum et legem sibj prascriptam, ideo Deus omnj culpa vacat tota autem ratio malitiæ et peccatj est in causa secunda.

Finis.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.